BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 H.
18

Sig: Mighani m...

12 . 18 . D . 15

Sig.re
[illegible]polav.mo

VIII a 201 f 3a

PARATITLA ZACHARIÆ SETSERI SILESII

IN IV. LIBROS INSTITUTIONUM JURIS IMPERIALIUM.

Nunc primùm in lucem data.

BASILEÆ,
Typis CONR. WALDKIRCHII,
Impenſis Epiſcopianorum.
CIↃ IↃ XCVII.

BIBLIOTECA NA[Z.] ROMA VITTORIO EMANUE[LE]

AD LECTOREM.

NE quid ex innumeris numeris allegationū QUISQUIS ES LECTOR offenſiunculæ contrahas; exemplum librorum juris quod in iſtis ſecuti ſumus ex Florentina eſt editione, Antverpiæ ante aliquot annos operâ L. Charondæ IC. publicatum. id enim nobis præ manu, ſi aliud tibi, Salve.



NOBILISSIMO
JUVENI
CASPARI à FURSTENAUU; EQUITI SILESIO omni virtutum eruditionis atq; honorum gloria florentiſſimo,

ZACHARIAS SETSERUS S. Dico.

SCILICET ADEO inauſpicato ſidere conceptus hic erat fœtus noſter, ut nomen præ ſe ferre parentis ſui poſſet; patrocinii tutelam non mereretur: & cùm legitimus à nobis partus a-

gnoſceretur, miſericordiæ nihilo minus deberet ſuſtollentium exponi. At iſthæc injuria quidem erat, non jam Alienæ rei (quod nomen ferebat delicti) ſed contra Prudentiorum ſcita, rei Suæ illata: Si modò *Suam eam rem poteſt quis* amplius *dicere, quam pereuntẽ contemſerit*. Itaque jam non ex Adriani Senatuſconſulto videbar, ſed ex naturę legibus conveniendus, quæ curam liberorum & educationem, vel inter bruta & brutorum animantium, non minus videtur ſtudiosè ſanxiſſe, quàm procreationem primùm ſolerter ac ſapienter excogitare atque inſtituere voluiſſe. Sed hanc eandem

dem, ob quam rem duxerim tuæ potiùs fidei atque fidelitati, quàm alterius cujuſvis committendam, videor cauſſam poſſe non ita difficulter expedire. pertinet enim non ad univerſos reſpōſum, ſed ad eorum tantùm quæſtionem qui me teque qui ſimus exploratum non habuerunt, non habuerunt quæſitum. Etenim qui te noſſent, noſſent in te ſimul non dicam humanitatis (quæ noſtram gentem apud exteros jampridem ante alias commendabilem reddidit) ſed virtutis ſingularis nobile atq; ſingulare exemplar; non tàm ad imitationem propoſitum exprimēdi noſtrę na-

tioni, quàm ad ſuſpiciendum exteræ, & ad patriæ gloriam magis magisque in ſingulos dies efflorеſcens. Et me *ater an albus* eſſem qui non ignorarent, ſcirent opinor unà, magno jamdudum beneficio tuo, dudum honeſta de me opinione (non ſemel erga alios etiã abſente & inſcio me prolixè declaratâ) ſic tibi devinctum, ut vel adfectionis ratione vel meriti potuerit nullius unquam patrocinium melius quàm tuum hoc loco à me implorari. Verùm quibus non de patrocinii jure, ſed de cauſſa ſcribendi deque forma quęritur, næ illi mihi vidētur, Nobiliſſime FURSTENAVI non

ſic æquo animo in meam ſententiam tranſituri, atque reſponſionem video non in difficili fore. Quid enim ajunt (idq; adducta fronte; ut Stoicos exiſtimares) etiam poſt hanc infinitam in jure librorum multitudinem novi, quid neceſſarij denique adferetur? tanto laboramus inquiunt, opere, numero non inopia ſcriptorum! tanta non in legendo noſtra eſt, ſed in eligendo difficultas: ut qui tollat librorum quadrigas quærendus, non qui adaugeat ferendus eſſe videatur! Sed ô quàm non illi animadvertunt (boni forſan alioqui viri) ſe diſſimilium rerum querimoniam u-

na eademque vituperatione licentiùs conjunxiſſe! accuſant enim ſimul copiam ſcribendi, ſimul novitatem, ſimul neceſſitatem requirunt. Atqui ſi multitudinem putant ponuntve per ſe in vitio: quid eſt quod hanc mundi univerſitatem prius non accuſent, quæ tot annorum millibus habitata, infinitas nobis peperit non dicam animantium vivorum, ſed quarumlibet rerum ſpecies? neque dum quaſi fatigata ceſſat hoc opere, ſed in dies ſingulos alias atque alias formas producit: ut exploſæ jam olim Anaxarchi fabulæ iterum non immeritò applaudatur: *Surgere alibi atq; ſuccreſcere*

ſcere novos homines & novum Orbem. Quid eſt quamobrem nõ & fænoris nobis ſummam quotidie accreſcere quiſquam indignetur? non frumenti, non vini non liberorum numerum? Sed confuſionem iſta res litterarum & litteratorum: Non profectò magis quàm hæc hominum multitudo parit, quæ non tantùm ætatibus ſuis atque familijs, ſed regionibus etiam atq; ordinibus diſtincta, cum alijs generibus non ſuæ originis temerè nunquam cõmiſcetur, nunquam in antiquum Chaos confunditur. Quanquam quid eſſe poteſt in eo infiniti; in quo ipſimet illi qui hæc

queruntur ita deſiderant mul ta in dies, ita hallucinantur turpiter ſæpenumero, ita igno rare ſe multa confitentur? Sed novi non eſt quod in lucem jamprimum protrahatur, non eſt nō veteribus prius dictum aut ſcriptum. Atqui quod illi nobis hîc objiciunt, id ego mihi in laude etiam ponendum exiſtimavi; tantum ab omni novitatis vado curſum meorum ſtudiorum atq; navim ſemper averſam habuiſſe, quantum à Sirenum cantu aures obſtructas. Etenim tametſi vanitas pleraque omnis novitate ſua delectat, tamen ut in vino vetere eligendo temerè non erramus: ſic

ne-

neque novitiæ noſtrę ſcriptio-
ni antiquitatis induſtriam at-
que doctrinam ſapienter præ-
ferendo. ὁ γὰρ ἄμεινον καὶ πα-
λαιότερον καὶ θεοειδέστερον. De-
inde quod ultimum erat ipſo-
rum querelæ non animad-
vertunt, dum novitatis mihi
vanitatem non invito eripi-
unt, eo ipſo vetuſtæ litteratu-
ræ laudem adſcribere, quam
adeo non eſſe ſine uſu ipſi con
firmant, ut nec eſſe omnia
quæ iſtius illuſtrandæ gratia,
non evertendæ à quoquam
adferantur. Cujus hæc gene-
ris noſtra eſſe, non illi qui non
legerint unquam, ſed qui per-
legerint omnes ꝓfectò fateri
neceſſe ſe habere exiſtimabũt.

Quod ſi adhuc ſunt *quos genus hoc minimè juvat* nec *eadem eſt ætas non mens* omnibus: ſciant velim ad extremum noſtram ab aliorum plerorumque ſcribentium ſorte ſortem longè eſſe diverſiſſimam: Illi enim *moris* eſſe *ſui* ipſimet profitentur *neque ea docere neque ſcribere quæ omnes ſcire exiſtimẽt*: nos quæ omnes ſcire credimus, quoſdam paucos ignorare nõ patiemur. Denique ut in quo cœpit in eodem terminetur oratio mea: quando non omnibus ſatisfacturum me meo labore exiſtimare debui vel potui, mihi certè ſatisfactum abundè & obligationi qua tibi Nobiliſſime FÜRSTENAVI

lubens meritò obſtrictus ſum arbitrabor, ſi ſtudiũ meum & voluntatẽ tibi ut ſpero, nõ improbabo. Vale feliciter,& me in numero tuorum cõſervare perge. Ex urbe Regia. Kalend. Septem. cIↄ Iↄ IIIC.

PARATITLA

ZACHARIAE SETSERI SILESII

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN IV. LIBROS INSTITUTIONUM JURIS IMPERIALIUM.

INSTITUTIONUM Juris illuſtraturi libellum, non ex Doctorum interpretationibus cõmentarios operoſos; ſed ex fontibus Juſtinianéis Paratitla brevia & perſpicua deducemus. Nominant autem PARATITLA Jureconſulti, admonitoria quędam juris per indices tantũ & ſubtilitates titulorum, *Conſt. Deo auctore. (quæ eſt l.1. C. de v:t. jur. enucl.)* §.9, *Cõſt. Tanta (l.2. eo)* §.17. Itaq; ut ab eodem à quo cœpit Imperator, exordiatur

oratio noſtra: videamus ab initio Principale.

PROOEMIUM
DE CONFIRMATIONE INSTITUTIONUM.

PROOEMIUM quaſi Præloquiū; Græci majore ratione ὅπερ ἐν ποιήσει πρόλογον, καὶ ἐν αὐλήσει προαύλιον. *Ariſtotel.* 3. *Rhetoric.* quàm Latini principium vel exordium nominarūt. *Quintilian. lib.4.cap.1.* cauſsis ſecundum Fabium, dicendis emerendi favoris gratia ab oratoribus; Legibus ſuaſionis ergò juxta Platonem, à nomothetis; interpretationi Legum teſte Caio perfectionis nomine à Jureconſultis; *l.1. de origin.jur.* Inſtitutionibus ab Imperatore confirmationis cauſſa præmiſſum; *Conſt. Tanta. (quæ eſt l.2. C. de vet. jur. enucl.) §.8. & §.6. j. eod. procem.* Unde Juſtinianus alibi vocat, Orationem libris Inſtitutionum præpoſitam *d. Conſt. Tanta. §.8 fin.* de confirmatione Inſtitutionū, *eod. & in rubr. procem.* PARTES procemii ſunt ſolen-

nes vel

nes vel arbitrariæ. ſolennes, inſcriptio & ſubſcriptio. inſcriptio continet nominis divini præfationem & pſonas procœmii. PRAEFATIO nominis divini eſt, invocationis forma ſolēnis, qua Imper. uti ſolitus etiam in aliis conſtitutionibus, *Conſt. Tanta. Cōſt. Δέδωκεν, (quæ eſt l.3. C. de vet. jur. enucl.) l.1. C. de off. præf. præt. Afric. l.3. C. de mand. Princ.* Hodie Principes eandem rem paulò aliter: NOS DEI GRATIA, Wir von Gottes gnaden/ &c. *Bodin. de Republ. lib.1. cap. ult. prope fin.* PERSONAE procœmii duplices ſunt; nuncupās & nuncupata. Nuncupans pſona eſt Imperator JUSTINIANUS, auctor Inſtitutionū, pluribus idem nominib. appellatus; quorum quædā propria ei ſunt, quędam cum aliis Imperatoribus cōmunia. Propria ſunt, primò tertium & quartum; illud à gente Veſpaſiana, hoc à patre adoptiuo (avunculo naturali) adſumtum: deinde octo conſequentia; quæ Imp. ipſe ſibi attribuit à toti-

dem gentibus ab ſe devictis; more illis & anterioribus apud Romanos temporibus uſitato, *teſte Livio, Procopio, Marcellino, aliorumq́ hiſtoria. V. Diacon. Blondum ab inclinat. Imper. dec. 1. lib. 3. c. 77. Ægid. Perrinum in vita Juſtin. Nomina gentiũ deuictarum VVeſenb. & Mynſing. in Inſtit. ad hunc loc. prolixè explicãt. V. tamen Chorograph. & Geograph. potius, quorum aut nullius propria eſt iſta Sparta.* Communia Imperatori cum aliis Imperatoribus nomina ſunt, officij prima à principio duo: & à fine ſex ultima; quæ Imperatoribus in inaugurationum aliorumq; cõventuum ſolennitatibus ab exercitu acclamari ordinarium fuit, *Dion, Sueton. Tacit. in vitt. Cæſſ.* Nuncupata inſcriptione pro perſona eſt, Cupida Legum juventus, ſeu ſtudioſi adoleſcentes, *§. 3. ĩ. de Legatis. §. 2. ĩ. de juſtit. & jur.* non tantùm benevolentiæ cauſſa; quam hîc in eosdem & alibi ſæpius declaravit, *§. ult. eod. §. ult. ĩ. de gradib. cognat. Conſt. Omnem. (de juris docen. ration.). §.*

2, ſed

2, ſed etiam quia eorum gratia primùm hoc opus conſcriptum eſt, & initia juris quæ ad adoleſcentes præcipuè pertinent comprǽhendit, *§.3, eod. d.§.2.& Conſt.Tanta. §.8, d.§.2, ↄ.de juſtit.& jure.* Quid multis de inſcriptione procemii? SUBSCRIPTIO locum & tempus continet editæ confirmationis. Locus Conſtantinopolis eſt, nova alibi Roma, *l.5, C.de operib.publ.Conſt.Deo auctore.(quæ eſt l.1, C. de vet.jur.enucl.) §.7, & l.6, C.de ſacroſ. Eccleſ.* alibi Imperatrix civitas (ab Imperii in eam à Conſtantino M.translata ſede) *l.38.§.1, C.de epiſc.& cler.l.22. ult.Gr.in fin.C.de fide inſtrum.* alibi Regia urbs appellata. *§. ult.ↄ. de Satisdation.l.4, C.de Summ.trinit.l.25, C.de nupt. l.23 pr.C.de teſtam.Nov.38 pr.Nov.63 pr. l.14 pr. C. de ſacroſ.Eccl.* Tempus, diem menſis & anni Coſs. comprǽhendit: tàm probationis ac veritatis cauſſa, *l.4, C.de diverſ.reſcript. l.penult.§.1, de pignor.& hypothec.* quàm moris Romanor. qui tempora per Conſules atq;

deinde Imperatores deſcribebant, *Nov.Ut præponat.nom.Imper.docum.*47. Arbitrariæ proœmii partes ſunt; Inſinuatio Imperatoris, Confirmatio Inſtitutionum, & Alloquiū ſtudioſæ juventutis. INSINUATIO ab officio & perſona deducitur Imperatoris. Officium, unde legislationis exordium & alibi deduxit, *Conſt.Deo auctore. Conſt. Sūma. (De Juſtinian.Cod. confirman.) Nov.*24*pr. & c.*1. *Nov.* 164. *pr.* conſiſtit in militari diſciplina & Legum ſtudio: quorum illa præcipuè turbulentis Reipub. temporibus, hoc tranquillis obtinet, *V.Bodin. de Republ.lib.*2.*c.*3. *lib.*5.*c.*5, *lib.*6.*c.*5. *Lipſ. Politic. lib.*4. *c.*2, *Ariſtot.* 2. *Politic. c.*1. *Hippol.à Collib.in Princ.ſuo; & totum ordin.politicor.* Perſona Imperatoris utraque viā pacis & belli commendatur. bellici ſudores Africæ ſubjugatione aliarumq; prouinciarum comprobantur, §.1, *eod. Conſt.Tanta. pr. &* §.*ult.Nov.*1.*pr.* Legum ſtudiū earundem partim promulgatione, partim

compoſitione oſtenditur, *§.1.fin.eod.* Promulgatio propriarũ legum eſt, *arg.l.3,C.de fructib.& lit.expenſ. Cic. lib. 3.ad Attic.epiſt.23.& lib.2.ad Q.Fratr. epiſt.3.* quam Juſtinianus non uno loco commendat, *Nov.2 pr. Nov.22 pr. Nov.46,80,113,149,159,161,163 in pr.* Cõpoſitio alienarum legũ eſt in unum aliquod corpus collectio, *Conſt. Hæc quæ (de novo Cod.facien.) §.2,arg. §.4,6, proœm. eod. Conſt. Summa. (de Juſtin. C. confirman.) §.3. Horat.epiſt.1.1,Condo & compono*— qualem Juſtinianus abſolvit tribus voluminibus; Codicis ſcilicet ex anteriorum Principum conſtitutionibus, Pãdectarum ex omni antiquorum prudentium jure, Inſtitutionum ex Inſtitutionibus veterũ aliisque multis Commentariis confectione: *§.2,3,4,6,eod.Conſt.Omnem.§. 2,7,Conſt.Tanta.§.9,15.* CONFIRMATIO Inſtitutionum eſt, auctoritatis principalium conſtitutionum eis ab Imperatore facta accommodatio, *§. 5,§.3 fin.eod.Cõſt.Tanta.§.*8,unde mox

Leges vocantur, *§.ult.eod.proœm. & d. Conſt.Tanta.§.15.* ALLOQUIUM Legũ ſtudioſæ juventutis, commendationem eis Inſtitutionũ inſinuat, & ad diligentiam adhortationem: ampliſſimo laborũ præmio, Reipubl. propoſita gubernatione, *§.ult. eod. Conſt. Omnem. §. ult.* exemplo Alexãdri Severi, *Herodian.in vita Sev.*

INSTITUTIONUM D. JUSTINIANI SACRAtiſsimi Principis

LIBER PRIMUS.

INSTITUTIONES Latini, quas Græci *εἰσαγωγὰς*, *Conſt. Δέδωκεν, §. ἐπειδὴ. 12.* dixerunt Elementa, *Conſt. Omnem.pr. Conſt.Tanta. §.Leges.* quæ in omnibus ſtudiis primum ſibi locum vindicant: utpote, prima cujuſq; ſcientiæ veſtigia mediocriter tradentia, *d.Conſt.Omnem.pr.* Ab his differãt Inſtituta nec ne; Grammaticorum

quæ-

quæſtio eſt, quorum pace Iuriſconſulti non dubitarunt IURIS INSTITUTIONES ET INSTITUTA poſt Imperatorem *d.conſt.Δέδωκεν.* §.12. pro iiſdem promiſcuè appellare, *Theoph. paß.* Sunt autem INSTITUTIONES juris, totius legitimæ ſcientiæ prima *d.Conſtit.Tanta.*§.8, *& in procem.*s̃. §.4, elementa, *dd.ll.& Conſt.Omnẽ.pr.Conſtit. Tãta.*§.18, in quibus breuiter expoſitum eſt, & quod antea obtinebat, & quod poſtea deſuetudine inumbratum Imperiali remedio illuminatum eſt. *d.procem.*§.5, *d.Conſt.Tanta.*§.8. Dicuntur & mediocris eruditio, *d.*§.8, *eo.* μετρία εἰσαγωγὴ, *Conſt. Δέδωκεν.* §.12. & prima legum cunabula, §.3. s̃. *procem. Inſtitut.* & initium legum eruditionis, *d.eo.* §.3. & prima legum argumenta, prima totius eruditionis fundamẽta; quibus juvenes ſuffulti poſsint grauiora & perfectiora ſcita legum ſuſtentare, *d.Conſtit.Tanta.*§.8.

DE JUSTITIA ET JURE.

Titul. I.

LEGITIMA ſcientia ſeu JURISPRUDENTIA eſt ars *Conſt. Omnem.* §.5, *& paſſ.* boni & æqui. *l.1.pr.D. de juſt. & jur.* vel, (*eodem ſenſu, plenius*) divinarum & humanarum rerum, *id eſt, univerſitatis, l.1.pr.de ritu nuptiar. Livius in dedit. Campanor. dec.1. lib.1.* notitia, juſti atque injuſti ſcientia, §.1, *eo. h.tit.l.10,D.eo.* Dicitur alibi Studium, §.*ult.eo. h. tit. d.l.1.* §.1, vel legitimum ſtudium, *Conſt. Omnem.* §.9, quandoque juris ſcientia, *l.91.* §.2, *V.O. l.2.* §. 18. *de orig. juris.* vel diſciplina, *l.12. C. de nupt.* item, civilis ſapientia, *l.1.* §.1, *de variis & extraord. cognit.* legum eruditio, *proœm.* s̃. §.3, *d. Conſt. Omnem. pr.* & doctrina, *d. Conſt. Omnem.* §.*ult.* legitimum opus, s̃. *proœm.* §. *ult.* legitima ſcientia, *d. proœm.* §.4, *d. Conſt. Omnem. pr.* & vera non ſimulata Philoſophia, *d.l.1.pr.D.eo. l.penult. C. de his quib. ut indign.*

dign.

dign. adeoque proprium & quaſi ſanctiſsimum templum Juſtitiæ, *Conſt. Deo auctore.* §.3. cujus profeſſores; Juris ſacerdotes, *d. l.* 1. §. 1, *D. eo.* Juriſconſulti, §. 8, *J. de jure nat. gent. & civ. l.* 10 *pr. de gradib.* Jurisperiti, *l.* 17, *de jure patron. l.* 10, *C. qui teſtam. fac. l.* 2. §. 7, *de origin. jur. l.* 2. *C. de comm. ſerv.* Juris auctores, *l.* 3, *Si pars heredit. d. l.* 17, *l.* 1, *Cod. de Verb. & rer. l. ult.* §. *ult. C. de furt.* vel auctores *abſolutè*, *l.* 4. §. 13, *de doli mali. l.* 138 *pr. de V. O. l.* 13. *C. de uſufr. l. ult. C. per quas perſon.* juris conditores, *l. ult. C. ad Senat. Vellej. l. ult. C. de hered. vel act. l.* 25, *C. de nupt.* juris interpretes, *l. ult. C. de fideicom. lib.* vel interpretatores, *l. penult. C de teſtament. Conſt. Summa.* (*De Juſtin. C. confirm.*) §. 3. juris prudentes, *l.* 10, *de bonor. poſſeßion. l.* 2. §. *ult.* *Quis ordo in bonor. poſſeß. ſerv. l.* 1. *C. de ingenuis.* vel prudentes *ſimpliciter*, *l.* 2, *de orig. jur. l.* 36 *de ſtatu liber. l. un.* §. *ult. C. de rei uxor. act. l. ult. C. quorum bonor.* viri prudentes, *l.* 12. *C. ad SC. Vellejan. l.* 6, *C. de teſtam. milit. l.* 6. §. 2, *ad municipal.* pru-

dentiæ cultores, *l.ult. C. de contrahen. emt.* prudentiſsimi viri, *l.un.prin.C.de caduc.toll.* magiſtri legum, *Conſtit. Omnem.* §.1. legum oratores, *d.Conſt.* §. 2. vel auctores, *l.* 10, *C. de impub. & al.* legumlatores, *l.ult. C.de dot.promiſſ. l. penult. fin. C. de adopt.* legum prudentes, *l.ult.C.de remiſſ.pign.* vel commentatores, §.*ult.ſ.de noxal.action.* ſapientes viri, *prin.ſ.de codicill.* peritiores, *l.* 17 *prin. de jure patron. l.* 3, *C. de ingenuis.* juſtitiæ & Reip. miniſtri, juſtitiæ ſatellites, oratores maximi, judiciorũ optimi tàm athletæ quàm gubernatores; dicuntur, *d.Conſt.Omnem.*§.6.
PARTITIONEM Juſtinianus Inſtitutionum in quatuor libros fieri juſſit, §.4, *ſ.procem.Conſt.Omnem.pr.Conſt. Tanta.* §.8, materiarum æqualitatem non artificium ſecutus, *VVeſenb. procem.ſ.* §.*igitur.* vel ad exemplum Caji Inſtitutionum, *arg.* §.*6, ſ. procem. eod.* ſed nos illud præcipuè obſervabimus. Igitur Juriſprudentiæ omnis diſciplina conſiſtit in juſtitia & jure, *rubr.*

rubr.h.eo.titu. & D.eod. l.1.pr. de injuriis & famoſ. JUSTITIA eſt conſtans & perpetua voluntas ſuum cuique tribuendi: *prin.h.tit.l,10,D.eo.l.31. §.1,depoſiti.Nov.163 prin.Nov.69.prin.* unaq; omnium perfectiſsima virtus hominibus, & præſtantiſsimum inter homines bonum; *d.Nov.163. d. Nov.69. Nov. 30. c.10.* cujus bona niſi unamquamque ſubſequantur aliarum virtutum, nihil eorum fit quæ competunt, *d.Nov.69 pr.* Jus pluribus modis dicitur: *l.pen. D.eod.* aliàs pro æquo & bono naturali; idem quod juſtum, τὸ νομικὸν, δίκαιον, *d.l.pen.D.eo. Ariſtot.5.Ethicor.prin. Pac. diſp. 1.theſ.2. l.1 prin. Quor.bonor. Liv.dec.1. l.b. 5.* quandoque pro jure civili, *d.l.penult. l.137. §.6,V.O.* nonnunquam pro prætorio ſeu honorario jure, *d. l. penult. D. eod.* etiam iniquo, *eod. & l.3 pr. quod quisq; juris in alium.* item pro lege ſcripta, *l. 2.§.6,de orig.jur.* aliquando neceſsitudinem ſignificat cognationis vel adfinitatis, *l.ult.D.eo. l.223.§.1, de Ver.Sig.*

item poteſtatem cuiuſquam in re, *l. 2, de his qui ſunt ſui. §. ult. I. eo. d. tit. & l. 54. de R. J.* vel ſervitutem, *l. 14 ut legator. vel fideic. l. 13 §. 1, de damn. inf.* Sæpe locum judicii in quo jus redditur, *d. l. penult. l. 4 fin. de interrogation. l. 29 §. 1, de donation. l. 4, ad l. Jul. de vi priv. l. 1 §. 1, 7, de poſtulan. §. ult. I. de pœna tem. litigãt.* Sæpiſsimè artem Juris ſeu Jurisprudentiam, *Rubr. h. tit. & D. cum l. 1, eod. l. 2, de juris & fact. ignor.* Hîc generaliter commune denotat vivendi præceptum, *ut l. 1, 2, de Legibus. l. 52 de obligat. & action. l. 41. de pœn. §. ult. eo. h. tit. prin. I. de nupt. §. pen. I. de publ. judic.* quod vel Honeſtè vivere præcipit, *l. 42, de ritu nuptiar. l. 197, de R. J.* vel Neminem lædere, vel Suum cuique tribuere, *§. 3, h. tit. l. 10, D. eo. P. Gregor. partit. jur. Canon. lib. 1. tit. 2. c. 18.* Species juris duæ proponuntur; una publici, privati altera. PUBLICUM jus eſt quod ad ſtatum rei Rom. ſpectat: in ſacris ſacerdotibus magiſtratibus publicis. *d. l. 1. §. 1, eod. §. ult. h. tit. diſtinct. 1. c. 11.* de

quo

quo in Inſtitut. nihil eſt; aliquid in D. *à tit. 9. lib. 1. uſq; ad fin. lib.* plurimum in Cod. & Novell. Sed plerunq; jus publicum auctoritati oppoſitum privatorũ, ſignificat quodlibet jus publicè conſtitutum, *l. 42, de oper. liber. l. 45 §. 1, l. 116 §. 1, R. J. l. 5 §. 5, de administr. tutor. l. ult. §. ult. C. de ſentent. paſſ.* PRIVATUM jus eſt quod ad ſingulorũ utilitatem pertinet, *d. l. 1. §. 1, eod. d. §. ult. eo.* cujus duplex diviſio & obiectum exponetur.

DE JURE NATURALI, GENTIUM ET Civili.

Titul. II.

PRIMA privati juris diviſio ab efficiente deſumitur: ſecunda à forma. ex illa jus vel ex naturalibus præceptis collectum dicitur, vel gentium, vel civilibus, *§. ult. ſ. de juſtit. & jur. l. 1 §. 1 D. eo. d. tit. diſtinct. 1. c. 6.* NATURALE jus eſt, quod natura docuit omnia animalia: nec proprium eſt

humani generis, *d.l.1.§.1,& ult. de juſtit.& jur.prin.eo.h.tit. Sicut eſt naturalis maris & fœminæ conjunctio, animantibus omnibus communis: liberorum procreatio & educatio, dd. ll. naſcendi libertas,l.4,D.de juſt.& jur. §.2.eo. h.tit.prin. J.de Libertin. l.3,5,de adqu.rer.dom.§.12.J. de rer. diviſ. vel laxitas l.55,de adq.rer.domin. Vitæ defenſio & tutela, l.3 de juſtit. & jure.l.4,45.§.3.ad l.Aquil.l.1.§.16.de vi & vi armata. l.2,3,C. ad l.Corn. de ſicar. præſcripto enim ſolo naturæ iſta à brutis etiam obſervantur, Cicero de Offic. libr. 1.*
JUS GENTIUM eſt, quo omnes gentes utuntur. *§. 1, 2, & penult. h. titul. l. 1. §. ultim. l.9. fin. de juſtit. & jure.* eoque commune appellatur, *l.6.9.de juſt.& jur.§.7.J.de nupt.* eſtque jus gentium naturale vel humanum. Jus gẽtium naturale eſt, quod divina providentia conſtitutum, *d. §.penult. hoc tit.* naturali ratione. *§.1.hoc tit. d.l.9.de juſt.& jur.l.1.de adquir.rer.dom.* cum ipſo genere humano proditum eſt, *§.11,de rer. diviſ. d. l. 1, de adq.rer. domin.*
ideo-

ideoq́ue ſemper firmum atq; ſtabile permanet, *d.§.penult.hoc tit.l.9.de cap. min. §.ult.ī.de leg. agn. tut. §.11.ī. de hered. ab inteſt.* Vocatur ſæpe naturalis ratio, *l.* 85, §. 2. *R.J. l. 7. princ. de bonis damnat. l.4.ad l. Aquil. §.12, 25, 36, 38, de rer.diviſ.l.3, prin.l.30.fin.de adq.rer.dom.* naturalis æquitas, *§.40,41, ī.de rer.diviſ. l. 1. princ. Si is qui teſtam.* æquitas ſumma, *l.1.princ. Quod quiſq; juris,* &c. vel Æquitas *abſolutè, l.90.R.J.l.8. C.de judic. l.8. C. de pact. conv. l.2. §. 6. de aq. & aq.l.7.princ. de in integr. reſtit. l.52. §. ult.de pact. l.16.de cond.& dem.* æquum bonum, *l.penult.de juſtit. & jure, princ. ī.de bonorum poſſeſſ. fin. l.9. de cap. min. l.6.§.2. de jure dot.* natura, *l.3.de juſt. & jur. §.11.ī.de rer.diviſ.* jus naturale, *d.§. pen.hoc tit.d.§.11.& §.18,41,42,R.D.l.42. V.S.l.6.& penul.de juſt.& jur.* & lex naturæ, *l.24.de ſtat.hom.*vel naturalis *§.1. ī.de fur.l.1.§.1.D.eod.d.tit.* *Huius juris eſt Religio in Deum, obœdiētia parētib.& patriæ debita, Caritas omnium vel naturæ cognatio l.2,3,de juſt.& jur. Quod tibi nō vis*

*fieri, alteri ne feceris t.tit. quod quisq; juris, &c. & tria illa generalia omnis juris præcepta, tradita, §.3. s̃.de juſtit.&c. & l.10. D.eod. d. tit. Althuſ. Jurisprud. lib.1. cap.*1. Jus gẽtium humanum *Liv. Dec.* 1. *lib.*5. eſt, quod uſu exigente & humanis neceſſitatibus gentes humanæ ſibi ipſæ conſtituerunt, *§.2. hoc tit.* idq; mutari poteſt. *Vueſenb. paratt. D. de juſtit. & jur. num.*16. *Bodin. de Republ. lib.*3.*cap.*4. *Huius generis ſunt, Belli iura, Seruitutes, Manumiſſiones, Contractus, d. §.2. hoc tit. l.4.5. de juſtit. &c.* Jus CIVILE eſt quod quiſque ſibi populus jus conſtituit, *§.1. hoc tit. d.l.9. de juſtit. &c.* vel addendo quid juri communi, vel detrahendo, *l.6. de juſtit. & iur. v. Mynſ. hoc tit. §. ſed natur. num.8. & 9.* Unde & jus proprium dicitur cuiuſque populi vel civitatis, *d.l.6. & 9. d. §.1.* & jus ſpeciale. *l.15. de interdictis & relegatis. l.24. de ſtat. hominum.* De quo ſuo generaliter notanda, I. Quoties nomen non additur civitatis cuius ſit jus civile, Romanum intelligitur

gitur *§.2.hoc tit. l.7.C.de ferijs.l.1.de adquir.rer. domin.* II. Oppoſitum juri prætorio *l.20.§.6.de teſtam. l.7.ad l.Cornel.de falſ.l.7.8.de juſt.&c.& ll.innumerabil.*vel gentium, *l.5.6.de pact.* ſolenne dicitur,*l.27.R.J.*& legitimum, *l.11. §.1.de bonor.poſſeſſ.contra tabb. §.ult.J.de uſu,&c.* quod propriè, id eſt, ſolùm, quod ex ll. 12.Tabb. fluxit, *l.2. §.2.de orig.jur.l.11.d.ſuis & leg. Ulp.fragm. tit.* 11.§.2. generaliter etiam quod ex alia lege, *l.5.6.de pact.§.3.18.J.de action.d.§. ult.de uſu & hab.* Civile verò jus ſæpe mutari ſolet, *Conſtit.Tanta.§.14.& §. pen. hoc tit. l.137. §.6.V.O.ut l.2.de orig. jur.* SECUNDA privati juris diviſio eſt, in jus ſcriptum & ſine ſcripto, *§.3.eod.l.6.de juſtit.& jur.diſtin.1.c.2.*ab exemplo Athenienſium & Lacedæmoniorum, deducta, *§.10. hoc tit.* SCRIPTUM jus eſt, publica auctoritate redactum in ſcripturam,*l.2.§.1. de orig.jur. Pac. diſp.1. th.15.* eſtque vel lex vel Plebiſcitum, vel Senatuſconſultum, vel placitum Principis, vel

edictum Prætoris, vel reſpõſum Prudentis, *l.7.de juſt. & jur. §.3.hoc tit. d. l.2. §.6. de orig. iur.* quorum eſt omnium quidem origo & apud antiquos auctoritas diverſa: ſed hodie vnus effectus, & auctoritas apud nos ſingulorum principalis ſanctionis, *conſtit. Deo auctore. §.5. conſt. tanta. §.11,20.* Lex aliquando generaliter accipitur pro quolibet jure, *l.1,2. de legibus. rubric. proœm.* §. & *§.ult. eod.* aliàs pro naturali æquitate, *Cic.1. de repub. & pro Mil.* interdum pro ciuili conſtitutione, *l.1.princ. de priv. delict.* vel iure ſcripto, *l.32. de ll. & ſenatuſc. §.1. h. tit.* idq; propriè, *c.3. diſt.1. §.1. hoc tit. & ibi Mynſ. & ad §.3. eod. Cic. de legib.* quandoq; pro ll. 12. Tabb. *l.2. §.1,6. de orig. jur.* Ulp. *fragment. tit.11. §.2. l.11. de ſuis & legib.* Sæpe pro conditione vel forma cõtractus, arbitrio contrahentium dicta, *l.22. de ſtat. hom. l.29. de ſerv. ruſt. l.3, l.13. comm. prædior. l.15. de public. & vectig. l.1. §.17. de aqu. & aqu. pluv. & paſſ. t. jure,* nonnunquam pro parte cuiuſquam

tituli

tituli D. aut C. arbitrio compilatorũ diſtincta *conſtit. tanta. §.7. & paß.* hîc propria & ſpeciali ſignificatione pro parte juris ſcripti à populo Rom. ad interrogationẽ Senatorij magiſtratus conſtitutâ, *§.4. hoc tit. Althuſ. 1. c. 1. l. 32. de legibus.* PLEBISCITA ſeu Scita abſolutè *l. 2. §. 11. de origin. iur.* Sunt jus ſcriptum, à plebe plebeij magiſtratus interrogatione conſtitutum. Plebs autẽ populi pars eſt ſine patriciis *d. §. 4. Gell. lib. 10. c. 20.* Hæc l. demum Hortenſia, vel Horatia & Valeria *Liv. Dec. 1. lib. 3.* non minus valere quam leges cœperunt, & tenere omnes Quirites, *d. §. 4. eod. l. 2. §. 4. de orig. iur. Gell. lib. 15. c. 17. Flor. lib. 2. V. tamen & Liv. Dec. 1. lib. 8.* eoque ll. appellantur, *l. 1. princ. ad l. Aquil. §. 15. J. d. eo. tit.* SENATUSCONSULTA ſunt jus ſcriptum, quod ſenatus jubet atque conſtituit *§. 5. hoc tit. l. 2. §. 4, 6. de orig. juris.* Dicuntur & Conſulta *abſolutè l. 4. C. de excuſat. l. 3. C. ad SC. Vellejan.* & decreta, *l. 9. §. 2. de SC. Macedon. l. 2. C. d.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eod.tit. l.2.C.ſi quis ign. rem min. & ſen-tentiæ ampliſsimi Ordinis *l. 4. C. de interdict.* & Patrum decreta, *l.13.19.C. ad S C.Vellejan.* perpetuamque obtinent per ſe firmitatem, *l. un. C.de S C. V.Bodinum de Repub.lib.3.c.1.pagin.256. Althuſ.*18. PRINCIPUM PLACITA ſunt jus à Principe Romano conſtitutum *§.6.eod.l.2.§. 6. de origin. jur. l.1. prin. de conſtit. princ.* Princeps Rom. eſt Imperator *l.3. de offic. prætor. l.3.de conſtit.princ.&c.* vel Cæſar *l.3.de offic. præf. vigil.toto tit. de off. proc. Cæſ. &c.* Dicuntur & conſtitutiones Principum, *toto tit. de conſtit.Princ.*& conſtitutiones, *ſimpliciter d.§.6. eod.l.1. l.2.§. 6.de orig.jur. §.3.I. quib. mod. teſtam.inſirm.* & ſanctiones Imperiales; *§.ult. I.de libertin.l. un.§.ultim.C.de rei ux.act. l.8. C. qui admitti. l.20. princ. C. de collat. l.un. C. de his qui ante. §.3.I. de donat.* & ſcita Principalis majeſtatis, *l.8. fin. C. de repud. l.3.C.de bon. quælib.* & ſacratiſſimæ juſsiones, *l.5. C.de natural. lib.* & Imperialia ſtatuta, *l.3.§.5. de ſepul. viol.*

Divi-

Diuiduntur verò dupliciter, prius ex forma conſtituendi, tùm ex effectu, I. Ex forma, *Petr. Gregor. part. jur. can. lib.1. tit.2. c. 9.* vel per epiſtolam conſtituuntur: & nominantur Reſcripta (*ſc. ad epiſtolas privatorum, l.1.C. de colluſ. deteg. l.2. de his qui ſunt ſui, d.l.3. §.5. de ſepulc. viol. l. ult. fin. Quando appellat. §.1, ꝭ. de adopt. §. 2, ꝭ. de his qui ſunt ſui, &c.* vel Reſcriptiones, *l.4.C. ad l. Corn. de falſ. l.9. de off. præſ. §.1.ꝭ. de eo cui lib. cauſ.* & Conſulta diualia, *l.23.C. de teſtam.* vel cognoſcendo: & dicuntur Decreta, *l. ult. C. de legib. P. Gregor. d.l.* vel præcipiendo: quæ Mandata propriè *l.6. princ. de extraord. crim. toto tit. C. de mand. Princ.* vetandòve; quæ Edicta dicuntur, *l.1. §.11. de oper. novi; l.1, de conſtit. Princ. §.6. hoc tit. rubr. C. de conſtit. Princ. & edict.* II. Ab effectu (qui & communis alijs juris partib. *Vult. lib.1. Juriſpr. c.2.*) aliæ ſunt generales Conſtitutiones aliç Speciales. Generales, quæ legis habent vigorem & omnes tenent, *d. l.1. de conſtit.*

Princ. l.3.§.5.de ſepulc.viol.l.3.l.ult.C.de leg. d. §. 6. hoc tit. Speciales, vel Perſonales, *d.§.6,hoc tit. d.l.1,* leges duntaxat faciunt in iis negotijs & perſonis pro quibus promulgatæ ſunt, *l.2, 3.C.de legib. l.13.ſolut.matr.l.42.de adminiſtrat.tut.* Dicuntur & Beneficia, *l.2. §.ult.de orig.jur. l.28.princ.de judic. l.12. de S C.Trebell.l.penult.de natal.reſtit.* & Beneficia Imperatorum, vel principalia *l.43.princ.de vulgari. l.penult. C.de emanc. lib. l.3, de conſtit. Princ. l.6, C.de leg. l.3.§.4. de Carbon. ed. l.penult. de natal. reſtit. l.191, R.J.* vel ſpecialia, *l.38. princ. Ex qu. cauſ. maj.* vel perſonalia, *l.28.prin.de judic.l.13.ſolut.matrim.* item privilegia, *l.196. R. J. l.1, Si quis in jus voc. non ierit.l.2.§.5, l.5,19.de judic.l.ult. fin.de religioſ.l.4.fin.ex qu.cauſ.maj.l.52. princ. de pecul. l.40. de adminiſt.tut. &c.*
EDICTA PRAETORUM ſunt jus ſcriptum, quod Prætores introduxerunt, propter utilitatem publicam, adjuvandi ſupplendi vel corrigendi juris civilis gratia *l.7,8,de juſtit.&*
jur.

*jur.§.3,de leg.agn.ſucc. Bod. de Rep. l.b.1. c.*10. quod jus idem Honorarium dicitur, vel ab honore Prætorum; vltrò citroque, *d.l.7,l.2.§.5.de orig.jur.§.2, de teſtam. ordin.* vel ab honore Magiſtratuum; ſpecificè, *§.7, hoc tit d.l.2. §.6,de orig.jur.* Sunt enim portio juris honorarij etiam Ædilium Curuliũ edicta, *d.§.7. l.5. V.O.§.2.ȷ. de diviſ.ſtipul. & toto tit. D.de ædil. ed. & C. tit.de ædil.act.* Erant edicta prætorum ab initio annua tantum, prout ipſe quo que magiſtratus eorum *prin.ȷ.de perpet. & temp. actionib.* poſtea à Salvio Juliano perpetui edicti ordinatore, auctoritate Hadriani Jmper. perpetua facta ſunt. *l.10.C.de condict.ind.Conſtit.Tanta.§.14.Vveſen.paratit. D.de off. præt.* RESPONSA PRUDENTUM, ſunt ſententiæ *l.4. §.13. de doli mal.* & opiniones eorum quib. permiſſum erat de jure reſpondere: *§.8. hoc tit.l. vlt. C. de ll.* quod erat, prius in libera Republ. omnibus quicunque fiduciam haberent ſtudiorum ſuorum:

poſt D. verò Auguſti tempora, pro beneficio cœpit ab Imperatoribus poſtulari, *l.2.§.25.de orig.jur.Conſt.Deo auctore.§.2* Auctoritas prudentum erat, vt fas non eſſet judici recedere ab eorum reſponſis *d.§.8, hoc tit. d.§. 25, l. un. C. Theod. de reſp. prud.* hodie probabilis tantum eſt IC. ſententia, nec obligat judicem: tametſi rectius fecerit, ſi opiniones Doctorum conſonas juri & æquitati ponderabit, *Mynſ. ad §.reſponſa. n.5. & Vveſ. eod.n. 5, 6.* Hactenus de jure ſcripto. JUS NON SCRIPTUM eſt, jus moribus conſtitutum *l.32. de legib.* quod ſine ſcripto uſus approbavit, *l.36, de legib. §.9.hoc tit.* Dicitur & diuturna, *l.33.de legib.* inveterata, *l.32.de legib.* vel longa Conſuetudo *l.35,d.eod.tt.tot.tit.C.quæ ſit long. conſuet.* vel Conſuetudo *ſimpliciter l.34,37,38,39,40,eod.* Ad quam inducendam duo ſunt neceſſaria, I. Ratio ejus aliqua non error inducendæ *l.39.de legib.l.1.C. quæ ſit long. conſuet.Nov.134,c.1.§.vlt.* II. per annos pluri-

plurimos obſervatio, *l. 35. de legibus. quor. numerus arbitrio judicis relinquitur, Cuj. parat. C. quæ ſit long. conſ. & obſerv. lib. 20. obſerv. 1. Pac. diſput. 1. theſ. 22.* actuum frequentia *judicialium extrajudicialium, Geil lib. 2. obſerv. 31. num. 8. minimè duorum (vel ex arbitrio judicum Mynſ. 6. obſer. 41. num. 7. Althuſ. lib. 1. c. 1. Vveſ. Inſtit, eod.)* corroborata *l. 34. de leg. Vveſ. paratit. D. de ll. num. 8. Schn. ad §. ſine ſcripto. num. 6. l. 1, C. quæ ſit lon. conſuet.* Auctoritas conſuetudinis olim erat, ut ſcripto juri cederet, & in ijs tantum obſervaretur, quibus ſcriptum jus vel omninò non, vel certum non eſſet, *d. l. 32, 33. de leg. l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* hodie ſcripto juri præfertur, niſi expreſſè legib. abrogata *Vult. de ſtud. jur. & Juriſprud. Rom. lib. 1. c. 3.*

DE JURE PERSONARUM.

Titul. III.

POST duplicem juris Romani privati diviſionem, ordinarium

eſt juris & juſtitiæ Objectum, quod judicium eſt *conſt. omnem. §. 6, l. 6. §. 1, C. de appellat.* explicare. JUDICIUM eſt Romani juris diſceptatio, *argu. l. rem non novam. 14. princ. C. de judic. l. ult. fin. C. de jure dom. impetr.* idque privatum vel publicum, *princ. J. de publ. jud. l. 7. D. eod. d. tit. l. 1, 3, de prævaricat.* Privatum eſt, de re familiari *l. 4. de publ. jud.* vel privata utilitate, *l. 9. §. 5, de publican. & vectig. l. 5. de calumn.* Cuius omne jus in tribus verſatur; perſonis quarum id cauſſa cõſtitutum eſt, rebus, & actionibus, *§. ult. J. de jure nat. l. 1. de ſtat. hom.* Perſona naturaliter dicitur vel civiliter, naturaliter PERSONA eſt homo: *rubr. & l. 2. de ſtatu homin. princ. hoc tit. P. Greg. part. lib. 2. tit. 1. cap. 1.* civiliter eſt, homo habens juris civilis commercium *arg. l. 3. §. 1, de cap. dim. l. 10. de opt. vel elect. leg. Althuſ. lib. 1. c. 3. Vult. lib. 1. c. 8.* Hîc naturaliter accipitur, & duabus ordine diviſionibus pertractatur. quarum prima ex jure gentium humano deducta eſt,

cta eſt, in ſervos, & liberos homines, *prin.hoc tit.l.3.de ſtat.hom.* SERVI ſunt, qui dominio alieno contra naturam *§.2.ſ.de jure natur.prin.ſ.de libert.l.4.de juſtit.& jur.l.2.de nat.reſtit.l.un.C.de S C.Claud.Nov.34.c.1.Nov.89.c.1.l.32.R.J.Plaut.in Aulul.ſc.2.à fin.* ſubjiciuntur. *§.2.hoc tit.d.l.4.de ſtatu.* Dicti vel à Servando, quod vita ab Imperatoribus captivi ſervarentur *§.3, hoc tit.d.l.4.hoc tit.l.2,39.§.1, V.S.* vel ab ὁρύω quod eſt φυλάττω, *Bod.de Rep.lib.1.c.5.* dicuntur & Mancipia; eò quod ex hoſtibus manu capiantur, *d.§.3.hoc tit.d.l.4.de ſtat.hom.* plerunque famuli, *l.1.princ.C.de comm.ſervo.Auth.ad hoc.C.de Lat.lib.* & fœminino ſexu, Ancillæ, *§.5.ſ.quod & ex quibus cauſ.prin.tit.ſeq.l.40.§.1, l.101.§.3.V.S.& paſſ.t.jure.* vel Servæ, *l.1.princ.C.de rapt.virg.l.2.prin.l.3.ad l.Aquilian.l.39.de jure dot.* vel famulæ *Auth.ad hoc.C.de Lat.libert.* Servorum conſideranda origo eſt & conditio. ORIGO prima ex bellis *d.Nov.74.& Nov.89.§.2.*

§. *de jure nat. gent.* Jure gentium deſcendit, *d.l.4. de juſtit. & jur.* Juſtinianeo jure aut naſcuntur aut fiunt ſervi. naſcuntur Vernæ §. 30. ĩ. *de leg. l. 36. princ. de leg. 1. l. 99. §. ultim. de leg. 111. l. 10. C. de rei vind. Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 3. c. 22.* ex ancillis noſtris §. 4. *h. tit. l. 5. §. 1, de ſtat. homin.* Fiunt jure vel gentium vel civili. gẽtium, ex captivitate juſti belli §. 4. *hoc tit.* §. 17. *de rer. diviſ. l. 5. §. 1, de ſtat. hom. l. 5. §. 1. de captiv.* non piratarum aut latrunculorum excurſionibus *l. 19. §. 2, l. 24. de captiv. l. 13. de teſtam.* Civili jure, ex venditione vel pœna. venditione, cùm liber major annis XX. venundari ſe, ſciens paſſus eſt, pretij participandi cauſſa, §. *penul. hoc tit. d. l. 5. §. 1, l. 1, 3, quibus ad lib. procl. l. 5, C. de lib. cauſ.* vel, ad actum gerendum *l. 6. §. 4, de iniuſto, rupt.* Pœna, I. cum quis atrocitate ſententiæ pœnæ ſervus efficitur, §. 1, ĩ. *de cap. dim.* ultimi ſc. ſupplicij *l. 29. de pœn. l. 5. princ. de bon. damnat.* pœnæve metalli, §. 3, *quib. mod. jus patr. l. 8. §. 3, 9.*

l. 17,

l.17,36,de pœn.l.12.de jure fiſci. l.8.qui teſtam.fac.l.4,C.de bon.proſcr. vel operis perpetui public.irrogatione *d.l.17.de pœn.* quod hodie antiquatum eſt *per Nov.22. §.8. Auth.ſed hodie.C.de donat. inter vir.* II. Si libertus ingratitudinis in patronum condemnatur, *§.1, J.de cap.dim.* quod corrigitur *Nov.78. c.2.Auth.ſed hodie. C.de donat.ante nupt.* III. Muliere libera ſervo alieno contra domini voluntatem ſe jungente: ex S C. Claudiano, quod & ipſum ſublatum eſt *l.un. C.de S C. Claud. toll. §.un.J.de ſucceſſ.ſublatis,&c.* CONDITIO ſervorum vel in perſona eorũ conſiſtit, vel in miniſterio. perſonæ ſervorum cõditio, una omnium eſt, *§.ult.hoc tit.l.5.prin.de ſtat.hom.* L quôd mortuo ſeruus comparatur, *l.32.§.4. de donat.int.virum. l.59.de cond.& dem. l.209.R.J.Nov.22.c.9.* Et communionem juris civ.nullam habet, ne prætorij quidem edicti, *l.3.§.1, l.7. §.1, de cap.min.l.20.§.6,de teſtam.l.7,ad l.Corn. de falſ. l.68. V. S.* ſed pro nullo habe-

tur; civili non naturali jure, *l.1.de jure d.lib.l.32.R.J.* eoque, Nihil poteſt ſuū habere, *§.3.ĩ. per quas perſon. l.4.de manumiſſ. l.182. V.S. l.10. §.1,de adquir.rer. dom.* obligari non poteſt, *§.6,de inutil. ſtipul.l.107,l.22.prin.R.J.* niſi naturaliter *l.19. princ.de neg.geſt. l.41, l.50.§.2.de peculio.* nō poteſt in judicio ſtare per ſe, *l.13, ſi quis cautionib.* cognationis jus nullum habet, *princ.ĩ.de ſerv.cogn. l.1. §.1, unde cogn.* ſucceſſores nullos, *l.4, C.commun.de ſucceſſ.* pecudibus exæquatur *l.2.§.1,ad l.Aquil.v.ĩ. d. tit. eod.* II. Æſtimatur communiter x x.aureis, *l.8.§.ult.l.9.de inoff.teſtam. l.47,de manum. teſtam. l.4.C.de fugitiv.l.2. C.de fideicom.lib.V.tamen l.3. princ. comm. de leg.l.1.§.ne aūtem. C.de comm.ſer.l.ultim. fin. C. de condit. inſert.* III. Facta ejus quæ ſubſiſtunt jure, non ex ipſo, ſed domini perſona æſtimantur, *l.31. de hered.inſt.prin.ĩ.de ſtipul.ſerv.* Miniſteriorum ordo diverſus eſt: hinc ſervus in jure vicarius, ordinarius, *l.5. §.1,de trib.act.l.17.de pecul.l.6.§.2.de pec. leg.di-*

*l.g.*diſpenſator, *l.12,de inſtit.act. l.1, de auro argento. l.24. de man.teſtam. l.166. prin. l.203,V.S.* ordinarius, qui eſt dominus vicarij *l.17.de pecul.* actor, *l.37, de leg.1:l.46.§.5.de jure fiſci,&c.* vel medii actus, vel viliſsimus aut compeditus, *§.7,j.de injuriis.* veterator vel veteranus, & novitius, *l.37.de æd l act. l. 16.§.2,de publican.* ſuppellecticarius, *l. 12.§.15,de inſtructo.* pediſſequus, *l.17.de alim.leg.* lecticarius, *l 13,de auro & arg.* venalis, uſualis *l 16.§.2.de publican.* cellarius, *l.24,de man.teſt.* inſularius, villicus, atrienſis, operarius, junctor, miniſtrator, *l.203,l.166 prin.V.S.* fullo, ſarcinator, textor, &c. *l 1. §.1,de tribut. act.* Sed moribus noſtris inter Chriſtianos Principes jura ſervitutum eaque conſequentia dudum expiraverunt, *Bod.de Rep.lib.1.c 5. P. Gregor. partit.jur. Canon.l.b.2 tit.4.c.3.fin.* & reditum eſt ad naturale & divinũ jus: quibus uno & naturali nomine omnes, Homines appellamur, *l. 4, de juſtit.& jur. princ.j.de libert. Nov.5. c.2.*

tametſi juris Roman. major in iſtis pars conſumatur. Hæc de ſervis: LIBER eſt, cui naturalis eſt facultas faciendi quodlibet: niſi ſi quid vi aut jure prohibeatur, §,1, *eod. l.4. de ſtat. hom. Ariſt. 1. Politic. Perſ. ſat.5.* Hinc libertas; cuius in toto jure uſus omnibus rebus favorabilior eſt, *l. 24. §. 9. de fideic. libert. l.32. fin. ad l. Falcid. l. 122, de R. J. Nov. 54 prin. l. penult. C. de his quib. ut indign. §. ultim. ĵ. de donat. l.14. fin. C. de fid. lib. l.1. fin. C. comm. de manum. l.2, C. de lon. temp. præſcr. §.34. ĵ. de legat.* Sed liberorum ſpecies ſunt duæ. alij enim ingenui ſunt, alii libertini, §. *ultim. hoc tit. prin. ĵ de libert. l.5. prin. de ſtat. hom.*

DE INGENUIS.

Titul. IV.

INGENUI (ab ingenio vel ingenita indole) ſunt nati liberi, frey geborne Leute/ *prin. hoc tit. l. 8, 10. C. de ingenuis*. Naſcuntur liberi, I. ex liberis parentibus, vel matre libera. ex parentibus liberis tripliciter; ſi uterque

que parentum ingenuus ſit; ſi uterque libertinus; ſi alter ingenuus, alter libertinus. ex matre ſolùm libera ingenuus naſcitur, vel ingenuâ vel libertinâ, *l.11. C.de oper.lib. l.9. C. de ingen.* & vel uſquequaque liberâ, vel ſolo conceptionis, ſolo editionis, vel aliquo ventris tempore liberâ, *hic in princ. & l.5. de ſtat.homin. l.4.C.de pœn.*
II. Ex matre moram paſſa in libertate, vel capta liberi naſcuntur, *l.22. de ſtat.homin.l.1.§.1. de ſuis & leg. l.26.§.1, l.53, de fideic.lib.l.ult. C.ad SC. Orfician.* Atq; taliter proprie ingenui, naſcuntur: & qui naſcuntur taliter, ingenui propriè ſunt. Sunt & alii modi ingenuitatis poſt nativitatem cōſequendæ: primus, Si quis ingenuus judiciali ſententia pronuntiatus ſit, *l.25, de ſtat.hom.* ſecundus, Si ſit natalibus reſtitutus à Principe, *l.10.§.2.de in jus voc.tot.tit.ī.de natal.reſtit.* tertius, Manumiſsi hodie ingenui fiunt, ſalvo jure patronatus: niſi id expreſsè remiſſum *Novel.78.§.ult.ī.de libert.l.2.C.*

comm.de manum. l.un.§.ult.C.de Lat.lib. l.pen.& ult.C.de bon.lib. PROPRIUM ingenuitatis eſt, ut ei ſervitus accidens, eamq; ſecuta manumiſsio non officiat, *§.ult. hoc tit. tot. tit. C.de ingen. manum.* niſi ex ſuimet venditione ſervitus, *l.21.de ſtat.hom.* Atque hæc iſta de ingenuis hominibus fuerunt.

DE LIBERTINIS.

Titul. V.

LIBERTINI vel LIBERTI (quaſi liberati; *ſc.ſervitute*) promiſcuè hoc jure, *prin.ſ.de ingen. l.5.prin. l.28. prin.l.20.§ 3,de bon.lib.tot. hoc tit.* ſunt manumiſſi ex juſta *l.28.de noxal.act. l. 34.de ſtipul.ſerv.* ſervitute, frey gelaßne Leut *hic in princ. & l.6.de ſtat. hom. l.4, fin.de juſt. & jur.l.8.C.de ingen.manum.* Horum I. ORIGO deſcendit ex jure gentiũ; ſervis unà cum manumiſsione ſua juri naturæ planè incognitis, *l.4 de ſtat.hom.§.2.de jure natur.gent.* II. Efficiens, MANUMISSIO eſt, hoc eſt de manumiſsio ſeruorũ, ſeu datio

liber-

libertatis *d.l.8 C.de ing.man.hic in prin.* *& l.4. de juſt.& jur.* quæ aut legitimè facta eſt, aut lege nõ cõprobante. In manumiſſione facta legitimè, dicendũ eſt, Unde & Quando fiat: deinde Effectus manumiſſionis: Fit manumiſsio, vel à Lege vel ab homine. à Lege ſine facto hominis, cum ſervo in publicum meritò publicè datur libertas *V.tit.pecul. D. qui ſine man. ad lib.perv. & tit. C. pro quib. cauſ. ſerv. pro præm. lib. acc.* Ab homine fit manumiſsio; domino manumittente, *§.2, hoc tit. l.11. C. de act. emt. V. tamen C.tt.de his qui à non dom.manu.* vel inter vivos vel mortis cauſſa *Cuj.parat. C.de vind. & ap. conſ.manum. l.15. de manu.* Inter vivos; I. vel in ſacroſanctis Eccleſiis, adſtante & atteſtante plebe & ſacro antiſtite *l. 1, 2, C. de his qui in ſacr. Eccl. manum. l.1.fin. l.2 princ. C.comm. de manum.* quæ manumiſsio ſucceſſit in locum illius, quæ olim cenſu luſtrali *Ulp.fragm.tit.1.§.3.* fiebat, *Vult.lib.1.c.5. & Vveſen.ad §.2, hoc tit. num. 2.* II. vel

vindicta; hoc eſt feſtuca lictoris *l.23, de manum. vind. Perſ. Sat.5.* impoſita ſervo apud magiſtratum qui legis habet actionem: qualis eſt prætor, conſul, procos. *Ulp. fragm. tit.1. §.2. l. ult. C. de vind. lib. l 1. fin. l 2. C. comm. de man. De ſolennitate iſta conſule Barn. Briſſon. in libr. antiq. jur. & DD. hoc tit.* III. vel inter amicos; aut IV. per epiſtolam; præſentibus & ſubſcribentib. quinque teſtibus, *l. un. §. 1, 2, C. de Lat. lib. toll. §.1, hoc tit.* V. vel aliis plurib. modis à Juſtiniano noviſsimè introductis, *§.1, hoc tit. §. ult. eod. l. un. C. de Lat. lib. toll. l. nemini. 24. C. de Epiſc. aud. l.4. C. de præpoſ. ſacr. cub. Nov.5. Nov.89. princ.* Mortis cauſſa fit manumiſsio; vel teſtamẽto, vel per quamlibet ultimam voluntatem, *d. §.1, hoc tit. l 15, de manumiſſ. l.37, 43, de man. teſt.* idque vel directò vel per fideicommiſſum obliquè, *tot. tit. D. & C. de man. teſt. & tit. De fideicomm. lib.* Sequitur QVANDO fiat. Fit manumiſsio inter vivos ſemper, hoc eſt, quotieſcunq; placitum domino

domino ſervum ad libertatem perducere, non ſolùm in jure, apud prętorem vel aliud quodlibet tribunal, *d. l. 2. C. comm. de man.* ſed etiam de plano *l. 7, 8, de man. vind. § . 2, hoc tit.* ſine judicis ſeſsione, *l. 2, § . 1, Quis ordo in bon. poſſ. ſerv. Ioann. Thom. Freig. parat. eod. tt.* Mortis cauſſa libertas in extremum manumiſſoris vitæ tempus confertur, durante ſcilicet eadem voluntate manumittentis, *d. l. 15 de manumiſſ.* Ex EFFECTV manumiſsionis, manumiſsi vel cives ſunt Romani vel Latini Iuniani vel Dedititij aut numero dedititiorum, *Ulp. fragm. tit. 1. prin. Caj lib. 1. Inſt. tit. 1.* Hi variè inter ſe olim ex ætate manumiſſorum, dominio manumittentis, & modo manumittendi diſtinguebantur, *dd ll. V. Polit. Miſcell. c. 84. Alciat. 1. parerg. c. 16. Dion. lib. 55. Sueton. in Auguſto.* Hodie unum eſt tantum genus libertorum; idem id quod à primis urbis Romæ cunabulis, *§. ult. hoc tit. l. un. §. ultim. C. de Lat. lib. toll.* omnesque Cives ſunt

Rom.ab ipſa manumiſsione;liberti-ni tamen, *d.§.ult. hoc tit.tot.tit. C.d.ded it.lib.& tit.de Lat. lib.toll.§.ult.j.de bonis.l.b.l.1,D.de bon.lib.l.3.prin.de ſuis & leg.l.2. C.comm. de man.* quin ingenui: noviſsimo jure, *Novel.* 78. *c.* 1,2, *ultim. Auth.ſed hodie.C.de jure aur.ann.*

QUI ET EX QUIBUS caufsis manumittere non poſsint:

Titul. VI.

HACTENUS de legitima manumiſsione: illegitimè facta, vel ex perſona iudicatur quę non poteſt manumittere,vel ex numero manumiſſorum. NON POTEST MANUMITTERE propter legis Æliæ Sentiæ prohibitionem,Dominus; I. qui ſolvendo non eſt; in fraudē creditorum;*princ.hoc tit. l.* 16.*§.*2.*qui & à quib.manum.* non ſolùm non inter vivos, ſed ne quidem teſtamento, *l.*32, 57,*de manum.teſt.* Fraus fit, non utiq; ſi bona debitoris non ſufficiant creditori-

ditoribus: ſed cùm & non ſufficiunt bona creditoribus, & animũ quoq; habuit fraudandi manumiſſor *§.3, eod.l.1.C.qui manum. non poſ.l.15,quæ in fraud.* niſi in fideicommiſſaria liber-tate, quam impediri ſolo eventu ſine fraudis animo conſtat *ex l.1, l.ult. C. qui man.non poſſ.* Animum autem fraudandi probare creditores tenentur; vtique cum præſumtione non adjuvantur, *Mynſ.eod. §.3,n.1.2. Schneid.in prin.nu.6.eod.* Qui ergo ſolvẽdo non eſt, manumittere in fraudem creditorum non poteſt: poteſt ſervum unum *l.15.prin.de teſtam.mil.* proprium teſtamento ſcribere heredem ſimul & liberum, *§.1,eod.l.42,43, de hered.inſtit. §.1, J. de hered. inſtit. l.1. C.de neceſſ. ſerv.* quo facto; ſi nemo alius ex eodem teſtamento heres exiſtat, *d.§.1, eod.* ne quidem ſubſtitutus, *l.57,de hered.inſtit.* fit ille ſervus non tantùm heres domino neceſſarius, *§.1,J.de hered. qual.l.4, C.de neceſſ.ſerv.* ſed etiam liber, *d.§.1,h.tt.l.2,C.d.tt.§.1,J.de hered.*

inſt. idemque deinde Imp. ſtatuit, ſi inſtitutus ſit ſine libertate, *§.2, eod. in prin. de hered. inſt. l. penult. l. ult. prin. C. de neceſſ. ſerv.* II. Minor annis xx. non poteſt manumittere; non quidem non omni modo manumittere, ſed non niſi certo modo. Modus eſt, ut manumittat vindicta tantùm, juſta cauſſa manumiſsionis apud conſilium prius approbata, *§.4. eod. l.7, §.1, qui & à quib. manumit.* aliter, ne teſtamento poſsit quidem, *§. ult. eod. l.3, de manum. teſt.* Conſilium erat conventus Romæ; quinque Senatorum & quinq; equitum Roman. in provinciis xx. Recuperatorum ciuium Roman. *Ulp. tit.1. §.8, Theoph. eod.* Juſtæ manumiſsionis cauſſæ vel ex manumittendi neceſsitudine meritóve judicantur, vel ex fine manumiſsionis fructuoſo. *quas Imp. perſequitur hoc tit. §.5, & l.9, de manum. vind. l.11, 12, 13, 14, 15, 16, D. qui & à quib. manum.* Sed huic juri obrogatum eſt à Juſtiniano, ipſum non abrogatum. nam in manumiſ-
ſione

tione inter vivos mutatum nihil eſt, *Myrſ.§.ultim.num.5.* in teſtamentaria manumiſsione, quod antiquo jure licebat tantum majori XX.annis,id à Juſtiniano majori annis XVII concesſum eſt, *§.ult.hoc tit.* & noviſsimè, XIV annis majori *Auth.ſed hodie.C. qui manum.non poſſ.Nov.119.c.2.*

DE LEGE FVSIA CAninia tollenda.

Titul. VII.

IRRITA manumiſsio ex manumittentis perſona adhuc fuit. NUMERUS MANUMITTENDORUM definitus erat l. Furia vel Fuſia *(nam utrumque legitur)* Caninia, quem teſtamentaria manumiſsione excedere non liceret. Licebat ex tribus ſervis tantùm duos; & uſque ad decem dimidiam partem; hinc ad triginta tertiam; inde ad centum quartam; à centum uſque ad quingentos quintam; plures verò quàm centum nunquam teſtamẽto licebat manu-

mittere, *Ulp.fragm. tit.1. §.pen.Caj.Inſtit.lib.1.tit.2. Paul. lib.4.recept. ſent.tit.* 14. quam legem, ut inhumanam, & tàm liberæ teſtamenti factioni quæ ll.12.Tabb.competebat *prin.J. de l.Falcid. Novel.22.c.2.* quàm libertati, qua toto jure nihil favorabilius eſt *l.* 24, *§.9, de fideicomm.lib. l.32. fin.ad l.Falc. l.* 122.*de R.J. v.ſ̃. de jure perſonar.* ex adverſo contrariam, Imp. ſuſtulit *§.un. hoc tit. l.un. C.eod. de l. Fuſia Can.toll.*

DE HIS QUI SUNT SUI vel alieni juris.

Titul. VIII.

EXPOSUIMUS priorem perſonarem diviſionem: altera eſt (è jure civili) in homines alieno juri ſubjectos, & ſui juris. ſubjectos, vel dominicæ poteſtati vel paternæ *princ. hoc tit. l.1, D. eod.* DOMINICA poteſtas eſt, domini jus in ſervum; τὸ δεσποτικὸν, vel δύναμις δεσποτικὴ, vel δίκαιον δεσποτικόν. Hæc origine juris gentiũ eſt, *§.1, eod. d.l.1, Geneſ.16.6. Plaut. in Bacch. ſc.9.*

ſc.9. act.4. Bod. de Rep. lib.1.c.5. ex quo etiam bella, origines ſervitutum primæ *V. tamen P. Gregor. paratit. jur. canon. l.b.2. tit.4.c.2. gl. O.* fluxerunt, *ſ. de jure nat. gent. §.2, V. Jo. Caſum in Sph. civit. lib.1.c.4.* & conſiſtit vel in coercitione ſervi vel in uſu & fructu. COERCITIO alia juriſgentium eſt, alia juris civilis; poſterioris quidem. Jure gentium, dominus ſervum manui ſuæ atque poteſtati ſuppoſitum habuit, *prin. ſ. de libertin. d.c. Geneſ.16.l 21. C. de furt. l.1.§.ult. C. de annali.* libera vitæ neciſque poteſtate, *§.1, hoc tit. d.l.1. prin. de his qui ſunt ſui. l 17. §.1, de uſ. fr.* Itaque uti abuti eo potuit ſine pœna, *l. ult. C. comm. de man.* ut aliis rebus, *l.25.§.8. de hered. petit. l.21. C. mand. l.14. C. de contr. emt. l.46, de pact. l.9. C. de Judæis.* Iure civili poſteriore ex conſtit. D. Antonini, neque ſervos licet interficere ſine cauſſa legibus prius cognita, pœnâ cędis alienorum ſervorum; quæ eſt ex l. Cornelia, *l.1, §.1, ad l. Cornel. de ſicar.* neq; majorem in eos aſpe

ritatem exercere, ſub pœnâ neceſſariæ venditionis vel caſtigationis ſeveræ *§.ult.hoc tit. l.1,2, D. eod.* arbitrariæ *not.Mynſ.& Vveſen.ad hũc tit.* licet adhuc in eos animaduertere propria auctoritate *l.6.§.ult.de S C.Silan. l.ult. C.an ſervus pro ſuo fact.* modica caſtigatione, vel virgis vel loris vel vinculis *l.un.C.de emend.ſerv.* Usus eſt in miniſterio ſervi; quo domino ſervus parere debet, *l.19.§.2 de negot.geſt.l.13, ad l.Falc.l.15,§.3,ad l.Corn.de falſ.* niſi in facinoribus *l.21, §.1,de actio. rer. amot. l.20, de oblig. & action. l.17,§.6, de jniur.* FRUCTUS, in rerum ab eo partarum omnium pleniſsima acquiſitione, *§.1,eod.& d.l.1, D.eod.l.10.princ.& §.1,l.53, de adqu.rer.dom. §.3,ſ. per qu. perſ. cuiqu. adq.l.1,C per qu.perſ.* niſi ſi quid illicitè fuerit conquiſitum, *l. 7, §. 4, de bonis damn. Schn.hic. §.1. num.1.* Et hæc hactenus, de dominica poteſtate.

DE

DE PATRIA POTESTATE.

Titul. IX.

ALTERA hominum in alieni juris perſonas POTESTAS PATRIA eſt: quæ vel communis intelligitur omnium parẽtum omniumque gentium poteſtas, vel patrum tantùm eorundemque Roman. propria atque ſingularis. Illa ex jure naturali deſcendit; *l. 2, de iuſtit. & iur. l. 4, de curat. furioſo. l. pen. prin. v: quis patiatur. C. de adopt. Bodin. de Rep. lib. 1. cap. 4.* & abſoluitur pietate parentibus debita, *d l. 2, & l. 4, & l. penult. de obſeq. parent. & patr.* reuerẽtia, *l. 6, de in jus voc. l. 5, C. de patr. poteſt.* obſequio, *l. 13, ad l. Falc. l. 10. fin. de his quæ ut ind. auf. l. 16, §. 1, ad SC. Trebell.* alimentis, *l. ult. §. 5. C. de bon. qu. lib. l. 5, §. 8. de agn. & al. lib.* Hæc, eſt juris civilis *§. 2, eod. l. 3, de his qui ſunt.* moribus Romanor. recepta, *l. 8, de his qui ſunt.* diciturque patrium jus, *l. 18, C. de jure delib. l. 132, prin. V. O.*

l.un.C.de emend.prop. patria majeſtas, *Liv.Dec.1.lib.4,.& 8,* poteſtas familiæ *l.10,C.de ſuis & leg.* familia, *l.5,de his qui ſunt.l.17,§.2.de adoptionib.* ſacra patris, *l.ult. C.de inoff.teſt. l.7,C.de cur. fur.l.31, C.de fideicomm. l.ult.C. de ſuis.* vel familiæ ſacra, *l.11. C. de donat.* vel *abſolutè,* ſacra, *l.20.C.de nupt.l.12,C.de collat.l.3, C.de ſuis. l.pen.C.comm.de ſucceſſ.l.penul. C.de bon.mat.* item, nexus paternæ poteſtatis, *§.4,J.quib.mod.jus pat.pot.* vel vinculum, *l.6,C.de ſent.paſſ.* vel jus poteſtatis, *l.5,§.6.de iur.dot.* Hinc patria poteſtas Romanor. eſt, jus patris in liberos juſtos tantùm & legitimos; *prin.hoc tit. l.3,de his qui ſunt. l.25,de captiv.Rubr.& l.10.C.de natural.l.23, §.5, & paſſ. C.de nupt.l.11, de ſtat. hom.l.4. de in jus voc.l.2, princ. de adopt.* patris autem ſui juris, nō alieno ſubjecti. *l.21, ad l.Jul.de adult.* Hujus poteſtatis tria capita nobis conſideranda ſunt: primum eſt jus ejus, alterum conſtitutio, tertium diſſolutio. Jus patriæ poteſtatis vel ex antiquo jure vel ex

hodier-

hodierno æſtimatur. antiquo jure (non ſolùm civili Romanor. ſed etiam Moſaico & gentium) poteſtas paterna dominicæ per omnia par erat, *VVeſenb. in paratit. D. de his qui ſunt ſui. n. 3. & Inſtit. h. tit. ad pr. nu. ult. & §. 1, n. 2. Plut. in Numa. Bod. de Rep. lib. 1. c. 4.* nam & vitæ necisq; arbitriũ continebat, *l. ult. C. de pat. pot. l. 11 ff. de lib. & poſt.* & rerum omniũ plenam per liberos adquiſitionem, *§. 1, per quas perſ. cuiq. adq. l, 79 de adqu. vel om. her. l. 53, l. 10 pr. de adq. rer. dom. l. 1 pr. Si à parente: l. 2 C. de pat. poteſt.* Hodierno jure poteſtas patria in pietate debet non in atrocitate conſiſtere *l. 5, ad l. Pomp. de parric.* & moribus noſtris, potiùs naturale debitum liberorum quàm poteſtas ulla civilis obſervatur: *Hub. Giphan. ad h. tit.* non negata neque nunc parẽtibus honeſta liberor. emendatione, & exheredatione ex juſta cauſſa, *Mynſ. pr. h. tit. n. 4, Schn. eo. n. 27. l. un. C. de emen. prop. l. 3 C. d. pat. poteſt.* CONSTITUITUR deinde poteſtas patria,

vel à natura vel à lege, *l.1 de adopt. l.14 C. de probat. Vult. lib.1. c,17. Bodin. de Reſpub. lib.1. c.4.* natura, in eos quos ex juſtis nuptiis vel ipſi procreavimus, *pr.h.tit. d.l.3,4, de his qui ſunt.* vel qui in poteſtate noſtra ſunt mares liberi noſtri, *§.ult. h. titulo. d.l.4 de his qui ſunt ſui. l.7 C. de pat. pot.*

DE NUPTIIS.

Titul. X.

NUPTIAE à nubendo nuptu, *id eſt velando velatu* ſicut connubium, appellatæ, *VVeſ. & Mynſ. prin. h. tit.* propriè; ſed rarò in jure ſolennitatem ſignificant & ritum matrimonii feſtivitatis, *§. pen. J. eo. l.24 C. de nupt. l.66. pen. §.1, de don. int. vir. Hotm. quæſt. illuſtr. q.25, Cujac. paratit. D. eo.* ſæpius & παραλατικῶς, matrimonium ipſum, *§.1, ſ. tit. præc. l.32. §.9. de don. int. vir. & paß. tot. jure.* dictum à matre, quæ ſperetur, *Mynſ. prin. de pat. pot. nu. 6.* vel potior ſit in prole, *P. Gregor. part. jur. Can. lib.1. tit.12. c.2.* eædem & Con-

Connubium, *l.3. C.de inceſt.nupt. l.11. pr.C.de natural.* SUNTque nuptiæ *hoc ſignificatu*, viri & mulieris conjunctio, *prin.ſup.de jure nat.gent. l.1. §.2, de juſt.& jure.* individuam vitæ conſuetudinem continens, *§.1, ſ. tit.præc.* Seu (ut Modeſtinus) Conſortium omnis vitæ; divini & humani juris communicatio, *l.1,D. de ritu nupt.* Juſtæ autem nuptiæ, *pr.ſup.de pat. pot. l. ult. §.10 C.de bon.lib. l.18,l.54,65,de nupt.* vel legitimæ, *l.11. §.12.ad l.Jul.de adul.* quas inter ſe cives Romani contrahunt ſecundum præcepta legum coeuntes, *pr.h.tit.* Cives Rom. ſunt ex Antonini conſtitutione, omnes qui in orbe Rom. ſunt, *l.17. de ſtat.homin. Nov. 78 c. 5* liberi homines, *l. 4, de his qui ſunt. l.7 C.de incolis. l.3 pr. de Suis & leg. l.1, de bon.lib.§.ult.ſup.de libert.* Servi cives non ſunt, *l.7 ad l.Cornel.de falſ. l.20, §.6, qui teſtam.fac.poſſ.* ideoq; matrimonium non cõtrahunt, ſed Contubernium, *l 14 §.1 D.eo.* unde contubernales in jure, uxores ſervorum, *l.*

41 §.2. §.5. *de legat.* III. *l.12. §.16, de inſtruct. vel inſtr. leg. l.31 de ſtat. lib. l.81, de cond. & demonſt.* Verùm hoc aſperius viſum poſteriori ſeculo: ideoq; non magis jure gentium naturali, *l.8, 39, 14 §.1, l.42, D. eo. l.32, l.197, R. J. l.4. de juſtit. & jure. Nov.22 pr. VVeſ. paratit. D. de rit. nupt. n.4.* & divino, *Novell.5.c.2.* quàm canonib. Pontificiis, *c.1, de conjunct. ſerv.* & moribus demũ noſtris, *Vult. lib.1.c.18.n.31.* unà cũ toto jure ſervitutũ exolevit; *Bod. de Rep. lib.1.c.5. P. Greg. partit. jur. Canon. lib.2.tit.4.c.3 fin.* Præcepta legum matrimonialium, vel de ætate agunt contrahentium, vel de conſenſu, vel de prohibitis perſonis. Ætate primùm, impuberi conſiſtere nuptiæ non poſſunt, *pr. h. tit. l.4, D, eo. l.24. C. eo. Nov.100.c.2. Plut. in Numa.* pubertas autem communiter in maſculo poſt exactũ annum XIV. incipit, in fœmina poſt XII. *d. pr. h. tit. & ſ. quib, mod. tut. fin. in pr. l.2 pr. de vulg. & pup. l.13 fin. de tut. dat. l. ult. C. quan. tut. vel cur.* deinde, Vir

Sexa-

Sexagenarius cum quinquagenaria contrahere non potuit olim ex l. Julia Papia, quod Juſtin. ſuſtulit, *l.27 C. de nupt. l. 12. C. de legitim.* CONSENSUS in nuptias deſideratur primùm ab his qui contrahunt; *l.2,16 fin. l.22 de ritu nuptiar. l. 8, C. de nupt.* ex quo Furioſus non poteſt contrahere, *l. 16 §. 2 D. eo. l.77 §.1, ad SC. Trebell. l. 8, de his qui ſunt ſui.* quia non poteſt conſentire, *l.8 §.2 de opt. vel elect. l.2 C. de contr. emt. l.5 de R.J. §.8 J. de inut. ſtip.* Conſenſus autem ille liber, non coactus, *l.21 D. eo. l 5 fin. C. de Sponſal. l.12,14 C. h. tit. l. 2 C. de inutil. ſtip. Schneid. de nupt. nu.41 &c. eo.* deinde & parentum requiritur conſenſus, quorum ſunt contrahentes in poteſtate, *d. l.2,9,16,35, D. eo. & in pr. h. tit.* in poteſtate autem Matris, Curatoris, Adfinium nemo eſt: unde ſine iſtorum conſenſu nuptiæ licitè contrahuntur, *l. 20 D. eod. l.8 C. eo.* hodie tamen in matre & parentibus qui non habent in poteſtate, jus idem obtinet: quod olim in ſolis qui

habebant, *VVeſ.parat.D.eo. n.*8. quod naturali & divino juri valde conſentaneum eſt, *arg.decal.præc.*5.*l.*2 *D. de juſtit. & jure. l.*13,*ad l.Falc. l.pen. de obſequ. par. & patr.* Atque utrinque conſenſus iſte, I. non ſolùm honoris gratia, ſed neceſsitatis etiam deſideratur; non ſolùm divino jure & Canonico; *Geneſ.*24. *&* 28. *Exod.*21. *Deuter.*7. *Tobiæ* 6. *c.aliter. c.noſtrates.*30 *q.*5. *c.non omnis. c.honorantur.*32 *q.*2. ſed etiam jure civ. & moribus noſtris, *l.*7 *de Sponſal. l.* 2, 35 *de ritu nupt. l.*2,5,12 *C.eo. l.*11, *de ſtat.homin. l.un.§.*1 *C.de raptu virg. DD. ad pr. tit. communiter. Stephan. Paſquier* 3. *lib. epiſtol.*1. II. præcedere quidem debet rigore poteſtatis Rom. paternæ, *pr. eo. & l.*25 *§.*3 *de adq. vel omitt. hered.* hodie verò moribus illâ noſtris plurimùm diminuta, etiã ratihabitio ſubſecuta ſufficit, *arg.l.*5,25 *C.eo. l.ult.C.ad SC.Macedon.Schneid.eo.n.*30.*Pac.*2.*diſp.* 5. III. diſſentientibus inter ſe liberis & parentibus, auctoritas judicis neceſſaria eſt, & liberorum in re pari electio

lectio potior habetur, *l.18, l.1, Cod. eod.* IV. Uno alteróve caſu, parentũ conſenſus remittitur: primùm, Si pater furioſus ſit, *in pr. eod. l. 25. Cod. eod. l. 28 C. de epiſc. aud.* modò curator ejus, æſtimatione magiſtratus dotem conſtituat, *eo. dd. ll.* Secundò, Si triẽnium fuerit ùt ubi ſit ignoretur, abſens, *l. 9 §. 1, l. 10, 11, de rit. nupt.* Et hactenus de conſenſu. PROHIBENTUR perſonę matrimonio copulari, vel propter ſanguinis neceſsitudinem, vel propter ſpecialẽ rationem. propter neceſsitudinem cognati & adfines. cognati vel in recta linea cognationis vel in transverſa. *V. de his inf. tit. de gradib. cognation.* In linea recta cognationis, Nuptiæ in infinitum prohibitæ ſunt, *§. 1, eo. l. 53, 54, D. eo.* etiam per adoptionem tantũ cognatione illa copulata, etiamque iterum jam reſoluta, *§. 1, eo. l. 14, l. 55 pr. D. eo.* ſed & in ſervili cognatione; quę alia juris caret cõmunione, *pr. J. de Serv. cogn. l. 1 §. 1, unde cogn.* idem ſervatur, *§. 10, eo. l. 14 §. 1, l. 53,*

54, D. eo. In linea transverſa, quidam indefinitè prohibentur quidam intra certũ gradum. indefinitè, cognati qui parentum liberorumq; locum inter ſe obtinent, *§. 5, eo. l. 17, 39 D. eo.* etiamſi per adoptionem talis cognatio conjungatur; niſi jam iterum reſoluta, *dd. locc.* Intra certum gradum prohibentur jure Civili, Cognati intra quartum non quarto gradu, *§. 3, 4, eo. l. 78 §. 7, ad SC. Trebell. l. 3, 17 §. 1, D. eo. l. 2 C. de inſtitut. Plutar. quæſt. de reb. Roman. q. 6.* jure Canon. intra quintum, ſeu quarto incluſè, *c. pen. & c. ult. de conſangu.* Gradus jure civili, canonico diverſimodè computantur. Civili jure, graduum una eademq; eſt numeratio in ſucceſsionibus & in matrimoniis, tá in linea recta quàm tranſverſa; una regula comprehenſa: QUOT SUNT GENERATIONES TOT SUNT GRADUS. *§. 7. de gradib. cognat. l. 10 §. 3 D. de gradib.* Jure Canonico, quantum ad ſucceſsionem juris civ. numerationi detractũ nihil

nihil eſt; ne quidem quo ad matrimonium lineæ rectæ, *Vultej. lib.1.c.8. Mynſing. de nupt. §.2, n.2.* Sed in linea tranſverſa, differentia eſt æqualis inæqualis lineæ; duabus regulis explicata. prima eſt in linea tranſverſa æquali: QUOTO GRADU DISTAT UTERQUE A COMMUNI STIPITE, TOTO INTER SE DISTANT. altera in inæquali: QUOTO GRADU REMOTIOR DISTAT A COMMUNI STIPITE, TOTO INTER SE DISTANT, *c. ad ſedem. 2. cauſ. 35. quæſt. 5.* Iſta graduum eſt utroque jure deſcriptio. Canonicam juri divino & humano valdè contrariam eſſe, multi maximique viri docuerunt, *Hotm. de caſt. inceſt. nupt. part. 1. c. 3.* uſu tamen paſsim obſervatur, *VVeſ. parat. D. de grad. n. 12. & tit. de rit. nupt. n. 4, 5, 8. Schn. ad h. tit. in arb. canon. n. 1.* Tantum de Cognationis prohibitione. Adfinitatis nomine inter viri cognatos & uxorem, uxoris & virum, *l. 4 §. 3 de gradib. Vult. lib. 1. c. 8.* matrimonio interdi-

citur perſonis, quæ vel parentum liberorumque inter ſe loco ſunt, *§.6,7 eo. l.19. D. eo. l.4 §.5, de grad. & adfin.* tametſi impropria adfinitate per ſponſalia tantùm contractâ, *§. 9 eod. VVeſ. paratit. D. de grad. n.17.* aut propria quidem, ſed per divortium jam iterum cum ipſo matrimonio reſoluta, *§. 9. eo. Mynſ. Inſt. eo. §.8. n.2. VVeſ. d. l. Vult. lib.1. c.18.* vel quæ per adfinitatem inter ſe locum fratrum ſororum obtinent, *l.5, l.8, l. ult. C. de inceſt. nupt.* Gradus adfinitatis civili jure, propriè nulli ſunt, *l.4 §.4 de gradib.* etſi per abuſionem nominentur, *l.10 pr. eo. d. tit.* Sed jus Pōtificium ſimiliter hos introduxit, ſimili nuptiarum prohibitione, *c. non debet. de conſang. & adfin.* QUOTO GRADU COGNATI UXORIS AB UXORE DISTANT COGNATIONIS, TOTO ADFINITATIS DISTANT A MARITO: ET CONTRA, *c. de propinquis. §. ult. c. æqualiter. 33, q.3. c. porrò. 35. q.5.* Secundū autem genus adfinitatis, quod non

per

per perſonam contingat matrimonio cujuſquam adjunctam, ſed per perſonam adjunctam primo generi: item tertium quod per perſoná adjunctam ſecundo; nullum eſt, eoque extra juris prohibitionem, *Hotman. de caſt. inceſt. nupt. p. 2. c. 5, 6. VVeſ. parat. D. de gradib. n. 17. V. Schn. h. tit. in arb. ad fin. n. 14.* Ergo hæ ſunt perſonæ quarum matrimonium propter cognationis vel adfinitatis neceſsitudinē legibus fuit interdictum. Sunt & aliæ, quæ propter diverſas rationes contrahere prohibentur; *§. 11, h. tit.* vel propter inæqualitatem cōditionis, *ut Vir Senatorius ejusque liberi vetantur ducere libertinam aut mulierem vilem, Patrona ejusq; filia nubere liberto, l. 16, 23, 32, 44, 42 §. 1, D. eo. l. 20 §. 1. de manum. vind. l. 9. de Senator. l. 16 de Sponſal. l. 3 & ult. C. eo. h. tit. l. 7, C. de inceſtis.* vel propter officii publici adminiſtrationem; *ex quo Magiſtratus ſubditam ſuæ juriſdictioni nequit ſibi copulare, l. 38 pr. l. 57, 63, D. eo. t. tit. C. ſi quacunque præ-*

ditus, & tit. C. Si rector provinc. vel propter rationum periculum; *unde Tutor ejusq; liberi prohibentur pupillam ſibi ſuis ve ante redd tas rationes deſponſare, l. 15 de Sponſal. l. 36, 59, 60, 64, 66, 67 D. eo. l. 1, 4, 6, & t. tit. C de interd. matr.* vel propter raptum, *l. un. C. d rapt. virg.* Quæ quidem omnia jura tanquam civili tantũ ſubnixa ratione, aliis juribus poſtea ſublata ſunt: excepta tutoris perſona, *Nov. 117. c. 6. Auth. ſed novo. C. eo. Auth. ſed novo. C. de naturalib. Vult. l. b. 1. c. 18. Nov. 78. VVeſ. parat. D. eo. n. 4. Pac. 2. diſp. 19. 20. Plura injuſtar. nuptiar. genera refert Accurſius h. titul. in §. 11. & Schn. eo. part. 3. n. 14. &c.* Hactenus de præceptis matrimonialibus. EFFECTUS nuptiarum diſtinguuntur: ex matrimonio legitimè, hoc eſt ſecundum legum pręcepta; vel illegitimè, h. e. contrà, contracto. Ex legitimo matrimonio, liberi quoque legitimi atque juſti, & in poteſtate patris naſcuntur, *§. ult. & in pr. ſ. de patr. pot.* omnium rerum inter conjuges oritur

com-

communicatio; *l.1,D.eo.l.4, C.de crim. expil.hered.* etiam caſuum fortuitorũ, *l.22 §.7 Soluto matr.* commixta utriuſque familia eſt & una domus, *l.1 §.8, de SC.Silan.* fructus dotis maritus lucratur, propter onera matrimonii, *l. 7,10 §.2, l.77 de jure dot.* & tàm corpore quàm ſubſtantia omniq́ue vita uxoris fungitur, *l.12.C.qui potiores.l.8 C. de pact.convent.l.2.C.qui tutores dari.* Uxor quoque fit quodámodo domina rerum mariti, *l.1,de act. rer.amot.* operis ſuis marito adquirit; *arg.l.31 pr.de don. int.vir.* debet marito reverentiam & ſocero honorem, *l.14 §.1, l.15 fin. l.16, Soluto matrim.* eiq́ue idem cui corpus commiſit, rerum cômittere gubernationem: cogi tamen non poteſt, *d. l.8 C.de pact.conv.* debet in officio mariti eſſe, *l.48 de oper.lib.* & obſequio, *d. l.12 C. qui potiores.* non tamen in poteſtate; noſtris moribus vel jure Rom. *VVeſ.D.eo. n.6.& n.4 de auct.& conſ. V. Bodin. de Rep.lib.1.c.3.* etſi in Gallia viri in uxores ſicuti in liberos habue-

rint vitæ neciſque poteſtatem, *teſte Cæſ.l.b.6.Comment.belli Gall. Sunt & alii effectus juſtar.nuptiarum; de quibus videre licet Vultej.Juriſpr.Rom.lib.1.c.16. VVeſ.D.h.tit. Bod.de Rep.lib.1.c.3.* Illegitimi matrimonii effectus præcipui tres ſunt. primus, ut nec matrimonium, nec nuptiæ, nec vir, nec uxor, nec dos *civiliter quidem, & quo ad jus Romanar. nuptiar.* inde appelletur, *§. pen.eo.h.tit. l.4,6,C.de inceſt. & inutil.l. 6 C.de interdicto matr. l.6, C.de donat.inter.* ſed matrimonium qualecunque, *l.13 §.1,ad l.Jul.de adulter.* illicitum, *l.61 de jure dotium.* nuptiæ interdictæ, *l. 4 §.6 de gradib.* idq; dupliciter pro commiſsi contrahẽtium gravitate: quandoque enim inceſtę dicuntur, quandoque tantùm inutiles nuptiæ, *rubr. C. de inceſt. & inutil.nupt.* Inceſtæ iterum aut jure gentium; quæ propriè Nefariæ, inter aſcendẽtes & deſcendẽtes, quive directa adfinitate aſcendentium aut deſcendentium loco; vel inter fratres ſorores contractæ:
aut

aut jure civili; inter collaterales, qui parentum liberorũ inter ſe quodam reſpectu, *l.38, ad l. Jul. de adult. Cuja. pa-ratit. C. de inceſt. & inutil. Vult. lib.1. c.19.* Inutiles nuptiæ inter eos dicuntur, qui ſola civili ratione nulla naturali prohibente contraxerunt, *Schneid. de nupt. illic. n.2.* Secundus illegitimi matrimonii effectus eſt, ut liberi non in poteſtate naſcantur ſui patris, *d. §. pen. h. t. l.11 de ſtat. hom.* Tertius, ut contrahentes illicitè, aliis quoque atque aliis legum pœnis ſubjiciantur, *t. tit. C. de inceſt. nupt. Nov.12. V. Pac.2. diſp.23. 24. Schn. de nupt. illic. n.5 & ſeqq. n.15 & ſeqq. DD. ad §. penult. eo.* Hactenus patria poteſtas naturali liberorum ex juſtis nuptiis propagatione conſtituta eſt: Lege deinceps vel per legitimationem inducetur vel per adoptionem, *§. ult. h. tit. Vult. lib.1. c.17. fin.* LEGITIMATIO eſt Legis actio, qua liberi naturales, h. e. injuſti juſti efficiuntur, *t. tit. C. de natural. liber. & matr. eor. & ex quib. cauſ. juſt. efficiunt.*

non ex inceſto nati & damnato complexu, *Auth. ex complexu. C. de inceſt. Auth. licet. C. de naturalib. & t. tit. eod. §. ult. h. tit.* Legitimatio fit vel per matrimonium patris cum matre poſt liberos jam cõceptos pręposterè ſubſequens *§. ult. eo. l. 5, 10, 11 C. de natur. lib. Nov. 12. c. ult. Nov. 18. c. 11. Nov. 74 pr. Novell. 89. c. 8. §. 2 J. de hered. ab inteſt.* quam *ad rem requiſita tradit Mynſingerus ad h. titul. §. ult. Nov. 18. §. ult. Novel. 89 §. ult. eo.* vel per oblationem filii Curiæ factam; *§. ult. eo. l. 3 C. de natural. l. ult. C. de his qui ſpont.* ſive à patre inter vivos aut teſtamento, ſive ab ipſomet filio; defuncto jam patre; aliisque nullis extantibus legitimis liberis, *Mynſ. d. l. nu. 2. Nov. 89 c. 2. l. 9 C. de natural.* vel per reſcriptum Principis, *d. Nov. 89 c. 9. l. 57 §. 1, de ritu nupt. Nov. 74. c. 1. 2.* vel per filii nominationẽ; teſtamento à patre vel inſtrumẽto aliquo publico factam, *Nov. 117. c. 2. Auth. Si quis. Auth. item. C. de natural. Nov. 74 c. 2. Novell. 89 c. 10.*

DE ADOPTIONIBUS.

Titul. XI.

SUPEREST Adoptio, tertia poteſtatis paternæ cōſtituens cauſſa. ADOPTIO eſt legis actio, *l. 3 de offic. procoſ. l. 1 de off. jurid. Alex. l. 4 de adopt. l. 1 C. eod.* qua extranei q natura non ſunt liberi, loco liberorum fiũt, §. 4 *eo. Gell. lib. 5. c. 19.* vel eſt cujuſquã adinvicem pignoris naturalis adſcriptio, *l. 4 C. de decurion. l. 2 C. de adop.* Species ejus sũt duę; arrogatio & adoptio in ſpecie §. 1, *eo. l. 1, 2, D. eo.* ARROGATIO eſt hominis ſui juris adoptio, *dd. ll. & l. 6 C. eod.* quæ liberâ olim Repub. fiebat apud populũ lege Curiata, per populi rogationẽ, *Gell. d. loc. l. 2 C. eo. Mynſ. §. 2, eo. nu. 4.* hodie apud Imperatorẽ ex l. Regia, vel magiſtratum ex reſcripto principali, *§. 3 eo. l. 21, D. eo. l. 2, 6, 8 C. eo.* rogato, id eſt interrogato tâm eo qui adoptat; An velit eum quẽ adoptaturus ſit, juſtũ ſibi filiũ eſſe: quàm eo qui adoptatur; An id fieri patiatur, *d. l. 2, 5, h. tit.* Arrogatur autẽ major vel

minor, pubes vel impubes. In minoris arrogatione duo ſunt ſpecialia: I. Commune, ut auctoritas tutoris vel curatoris intercedat *l. 8 eo. l. ult. C. de auct. præſt.* II. Singulare, ut in pupillo interveniat cauſſæ cognitio; & cum quibusdam conditionibus fiat adoptio. In cauſſæ cognitione exquiritur, primum; An ſalubris adoptio pupillo ſit: deinde; Cujus vitæ ſit is qui velit adoptare: tertiò, Numerus liberorum arrogantis, & An magis operam liberis dare quàm adoptare debeat: atq; omninò juſta cauſſa arrogandi, *l. 15 §. 2, l. 17 §. 2, 3 eo. l. 2, 3 C. eo.* Conditiones arrogandi ſunt, ut arrogaturus publicæ perſonæ, *h. e. ſervo publico, l. 2 C. h. tit. l. 18 D. eo. §. 3, h. tit.* caveat idoneis fidejuſſoribus: *l. 17 fin. & ll. ſeqq. eo. d. l. 2. C. eod.* Si arrogatus intra pubertatem decedat; bona ejus quæq; adquiſierit patri adoptivo, *l. ult. Si quid in fraud.* reſtituturum ſe illis ad quos ea res perventura ſine arrogatione fuiſſet, *§. 3 eo. d. l. 18, 19*

eo. d.

eo. d.l.2 C.eo. ADOPTIO in ſpecie dicta eſt, filii tantùm familias, *h. e. ſubditi patriæ poteſtati, l. 4, de his qui ſunt.* adoptio, *l. 1, 2 eo. §. 1, h. tit.* eaque fit, I. imperio magiſtratus; non cujusvis, ſed apud quem plena eſt Legis actio: ut Prætorem, Præſidem, Conſulem. *l. 3, 4 D. eo. l. 2 de off. prætor. §. 8, h. tit. l. 1, 4 C. eo.* juridicum Alexandriæ, *l. 1, de off. jurid. Alex.* proconſulem, *l. 7, 8, 9, de off. procoſ.* II. deinde, conſenſum requirit non tantùm adoptantis ejusque qui adoptatur, ſed eorum quoque in quorum eſt iſte poteſtate; *l. 5, 29 eo. l. pen. & ult. C. eo.* Cōſenſus autem non adſtipulando tantùm, ſed non contradicendo colligitur, in iis qui loqui non poſſunt: in mutis alio ſigno; *dd. ll. §. 8, quib. mod. jus patr.* Reſtat communiter de perſonis quæ adoptant vel adoptentur, de modo adoptionis & de effectu videamus. ADOPTARE NON POSSUNT, I. qui per naturam parentes eſſe, vel eor. eſſe quos adoptant non poſſent, *§. 4 eo. l.*

16 *eod. l. 23 de liber. & poſt.* ut Minor quàm adoptandus; aut æqualis, aut non major annis XIIX. *d.§.4, l.15 §. 2, l 40 §.1, eo.* Caſtratus, *§. 9 eod.* Spado autem, & qui per impedimentũ non facilè poſſunt generare, adoptare poſſunt *l.2, l.40 §.2 eo. d.§.9, l.6 de liber. & poſtum.* non Infans, Impubes, Furioſus, *Vultej. lib.1.c.22.* Cæcus rectè, *l.9 eod.* rectè Cęlebs, *l.30, D. eo.* II. Fœmina non rectè. nam nec liberos naturales in poteſtate continet, *§.10, eo. §.3ĩ. de heredum qual. & diff. l.8 C. de lon. tem. præſcr.* niſi reſcripto Principis ad ſolatium liberorum amiſſorum, *eo. & l.5 C. eo. l.29 §.3 de inoff. teſtam.* III. Tutor Curator pupillum adoleſcentem non rectę adoptant, ob metum rationum intervertendarum, *l.17 pr. eo.* niſi ſit idem qui adoptatur & privignus *l.32 fin. D. eo.* IV. Nemo plures adoptat: niſi ex juſta cauſſa *l.15 fin. eod.* V. Nemo abſens, *l.25, D. eo.* VI. nemo adoptivum à ſe ſemel emancipatum, *l.37 de adoption.* VII. An & di-

tior

tior pauperiorem: utiq; ſi vitæ ejus ſobrietas clara ſit, vel adfectio honeſta nec incognita, *l.17 §.pen.D.eo.* ADOPTARI POSSUNT quibus cum Legis eſt actio, *Vultej. d. loc.* fuerunt tamen & ſervi adoptati *§.ult. h.tit. & ibi Mynſing. Gell.lib.5. c.19.* mares fœminæ *l. 21 D. eo.* puberes impuberes, *l.42, eo.* non abſens, non diſſentiens, *l.24 D.eo.* non libertus alienus, *l.15 fin. D. eo. l.1 §.1, Si à parente.* cæcus, *l.9 D. eo.* non idem ſecundò, *l.37 §.1, eodem.* Hæc de perſonis. Ad MODUM pertinet adoptionis quod per alium expediri non poteſt *d.l.25 eo.* non poteſt ad tempus fieri, *l.34 eo.* non in locum fratris, *l. 7 C. de hered. inſtit.* poteſt in omnem gradum liberorum; etſi antecedentis non extent perſonæ, *§. 5 eo. l.37, 43, 44, D.eo.* & alieni nepotes in locum filiorum, & filii in locum nepotum poſſunt adoptari, *§.6, eod.* ſed adoptato aliquo in locum nepotis quaſi ex vivo filio; neceſſe eſt ipſum quoque filium conſentire, *§.7 eo. l.6,*

10,11 *D. eo.* aliàs adoptio conſtat quidem ſed filio non præjudicat, *d.l.* 11, *eo.* EFFECTUS adoptionis veteri jure unus idemque in utraq; fuit ſpecie adoptionis: ut adoptatus poteſtati adoptantis ſubjiceretur, *l.*1, *h.tit. pr. eo. h. tit. l.*14 *C. de probat.* & liberi ſi qui ejus in poteſtate, *§.pen. eo. l.*2,15,40 *D. eo. l.*3 *pr. de cap. min. l.* 13 *de captiv.* & res univerſæ, quæ poſſunt modo adquiri, *d.l.*15, *eo. l.pen. §.*2 *de bon. poſſ. ſec. tabb. §.*1 *I. de adq. per arrog. §.*4, *h. tit.* oneraque earum, *l.*45 *D. eo. §. ult. de adq. per arrogat.* olim quidem pleno jure: hodie ex Juſtin. conſtitutione tantum quo ad uſumfructum, *§.*2 *I. de adq. per arrogat.* At novo jure idem in arrogatione obtinet, *l. pen. & ult. C. eo. l. pen. §.* 2 *de bon. poſſ. ſec. tabb.* in adoptione ſpeciali diſtinguitur ex pſona adoptantis. nam ſi ex parentibus ille ſit paternæ maternæ familiæ, jus antiquũ ſervatur; tàm in familia quàm poteſtate adoptati: ſi verò extraneus, jura patris naturalis minimè diſſolvuntur,

tur,

tur, nec quicquam tranſit ad patrem adoptiuũ, nec in poteſtate ejus adoptivus fit: ſed ſola in ejus hereditate ab inteſtato jura ſuccesſionis conſequitur, *§.2 eod. l. penult. C. eod. §.14 J. de hered. ab inteſtat.* Alter adoptionis effectus eſt, quod adoptatus jus agnationis in familia adoptantis conſequitur, non jus ſanguinis; *hoc eſt, agnaſcitur his qui ſunt ex familia adoptantis, hiſdemq́ue cognatus fit, non iis qui extra, l.23 pr. D. eo. l.7 de in jus voc. l.12 §.1 lt. de ritu nuptiar. l.1 §.3, Unde cogn. l.4 §.8 de gradib. §.2 J. de leg. agn. ſucc. l.2 §.2. de Suis & legitim.* & deſinit eſſe agnatus his quorum mutavit familiam, *l. 7 pr. de Cap. min. l.4 §.8, de gradib.* Tertius eſt, quòd adoptio non minuit dignitatẽ, ſed auget, *l.35 eo. l.6 de Senator.* Quartus, quòd ſecundum traditam ex hodierno jure diſtinctionem, adſimilatur is qui adoptatus vel arrogatus eſt, nato ex legitimo matrimonio, *§. 8 eo. l.23 de lib. & poſt.* Et ſervus adoptatus fit liber, *§. ult. eod.* Eſt & hic ar-

rogationis proprius effectus, Quòd arrogator non poteſt emancipare filium ſemel arrogatum, niſi cauſſa cognita, & bonis ei omnib. omnibusq́; per eum acquiſitis reſtitutis. Si verò emancipaverit ſine juſta cauſſa vel exheredaverit, tenetur & propria ei bona, & præterea quartam ſuorum bonor. reſtituere, ex conſt. D. Pii §.3. *eo l.22, D. eo.* omniumq; nō debitæ portionis, *arg. l.22 v. quia hoc non. arg. l. ult. v. ex bonis quæ. D. Si quid in fraud. l.2 C. de adoption.*

QUIBUS MODIS JUS PATRIAE POTESTATIS ſolvatur.

Titulus XII.

CONSTITUTA nobis eſt patria poteſtas tribus cauſsis: dicendum nunc quibus ſolvatur conſtituta. SOLVENDAE MODI ſeptem enumerantur: quor. ſunt quidá communiter ex perſona utriuſque, quidam ex filii tantùm deducti. Cōmuniter

niter ex utriuſque tàm patris quàm filii perſona ſunt, mors vel vitæ caſus. Mors omnia ſimiliter ſolvit, *Novell.22.c.20.* ergo & poteſtatem, *pr. h. tit. l.15, quan. dies leg. pr. ſ. de fiduc. tut. §.2 J. de hered. ab inteſt.* Avi tamē in nepotem & filium poteſtate per mortem diſſoluta, filius tantùm ſui juris efficitur: nepos in poteſtate demum fit ſui patris, *d. pr. h. tit. §.3 de tutel. l. 5, de his qui ſunt.* Caſus vitæ, vel deportatio eſt, *§.1, eo. l.6, 9, C. de ſent. paſſ. & reſtitut.* vel ſervitus. Deportatio eſt perpetua cujuſquam, *l.18 de interd. & releg.* cum amiſsione civitatis *l.17 de pœn. l.1 §.2 de leg. III. l.10 §.4 de in jus vocan. l.6 pr. de interd. & releg. l.1 C. de hered. inſt. l.7 fin. de bon. damnat.* & bonorum, *l.3, ad l. Jul. pecul. l.2 §.1 de pœn. l.14 de interd. & releg. l.8 C. de pœn. l.2 C. de bon. proſcr. l. ult. §. ult. C. de ſent. paſſ.* in inſulam *d. l.6 pr. d. l.17,* proſcriptio *t.t. C. de bon. proſcript.* propriè Exilium *l.2 de publ. judic. Cujac. parat. D. de interd. & releg.* quod in locum veteris aquæ &

ignis interdictionis ſucceſsit, *l.2 §.1, de pœn.l.29 §.2 de lib.& poſt. l.3, ad l. Jul. pecul. l.pen. de variis & extr. Nov. 22. c. 13.* Relegatio aliud eſt, nec patriam poteſtatem ullave jura (niſi id ſententia damnationis expreſsè cōprehenſum) diſſolvit, *§ 2, eo. l.1, 4, 14, 18, l.7 §.1 de interd. & releg.* Servitus eſt, pœnæ *§.3 h. tit.* vel captivitatis. POENAE SERVITUS eſt qua quis non in alterius quàm pœnæ ſervitutem redigitur, *l.17 de pœn.* quod fit atrocitate ſententiæ *§.1, j. de cap. dim. l.12 de pœn.* libero homine vel ſervo in metallum vel opus metall. *l. 8 §.9, l.17, l. 36 de pœn. l. 12 de jure fiſci. l. 4 C. de bon. proſcr.* adve ſupplicium ultimum *l.29 de pœn. l.5 pr. de bon. damnator.* vel beſtias *§.3, eo. l.8, qui teſtam. fac. poſſ.* vel ferrum condemnato, *d.l.8,* quæ pœna deinceps Juſtin. cōſtitutione ſublata eſt *per Nov. 22. c.8. Auth. ſed hodie, C. de don. inter.* Captivitate alterutrius ſolvitur nexus paternæ poteſtatis, non protinus quidem altero cor. hoſtium

ſtium

ſtium facto; propter poſtliminii jus, quod omnia tenet in ſuſpéſo, donec captus ab hoſtib. poteſt reverti *l.* 22 *§.*1 *de captiv.§.*5,*eo.* protinus autem; cũ reverti amplius non poteſt, ex l. Cornel. *d.§.*5, *h.tit.l.*10 *pr.l.*12 *§.*1, *de captiv. & poſtlimin. reverſ.* Ex Filii perſona ſolvitur poteſtas, I. ſumma patriciatus dignitate; illicò, codicillis ab Imper. impetratis, *§.*4 *eo.l.ult.C.de conſul. l.ult.C.de decur.Nov.*81 *pr.* eſt autẽ Dignitas patriciatus ſumma, ſumma conſiliarior. Principis *Mynſ.§.filiusf. eo.nu.*2. *Vult.lib.*1.*c.*24. qua beneficio ſpeciali qui conſulatum gerebát aut geſſerant, quive præfecturam prætorio aut Illyrici, aut urbis adminiſtrationem, aut magiſtri militum, aut magiſtri officiorum; ab Imperatore loco patris honorabantur, *l.*3,*l.ult.C. de Conſ.d.§.*4 *eo.* Quod idem jus deinceps Epiſcopali dignitati, & omni omninò quæ curia liberet attributũ eſt *Authent.Sed epiſcopalis.C.de epiſc. & cler. Nov.*81.*c.*1. *quæ verò dignitas liberet*

curia tradit Nov. 38 & Nov. 70. & l. ult. C. de decur. Idem in Jureconſulti titulo ſeu Doctoratus gradu obtinere, vult Mynſing. *ad §. 4, eo. n. ult.* II. Solvitur ex perſona filii poteſtas paterna, Emácipatione *§. 4, §. 6, eo. l. 15, quando dies legator.* eſt autẽ EMANCIPATIO legis actio, qua filiusfamilias ſui juris conſtituitur; *Caj. lib. 1. tit. 6 §. ult.* conſtituitur autem vel ex ll. 12. tabb. per imaginarias aliquot venditiones & manumiſsiones filiorum *§. 6, eo. l. 3 §. 1 de cap. min. Nov. 81 pr. Godofr. in fragm. ll. 12 tabb. tit. 3. V. Vult. lib. 1. c. 24. & Caj. d. loc.* quandoque Contracta fiducia, hoc eſt retrovendendi fiducia in ultima vẽditione à patre diſertè excepta, ut ipſe potius quàm pater fiduciarius manumitteret, *l. 29 §. ult. de teſtam. mil. t. titulo Si à parente quis man. Hotman. in Comment. Verb. jur.* vel, ſolennib. emancipationũ & contractæ fiduciȩ formulis antiquatis *d. §. 6, l. ult. C. de emãcip. lib. §. pen. J. de legit. agnat. ſucceſſ.* ex imperiali reſcripto: coque

eoque vel Anaſtaſiano vel Juſtinianéo. Anaſtaſiano, filiusfam. apud acta competentia interveniente principali reſcripto manu patris dimittitur, *l. pen. C. eo. l. 18 C. de collat. l. 11 C. de legat.* Juſtinianéo; ſine reſcripto, *l. ult. C. eo. VVeſ. in parat. D. h. tit. n. 5. l. 13 pr. C. de legit.* III. Filiifam. in adoptionem extranei datione. quod olim indiſtinctè procedebat, hodie demũ Si alicui maternæ vel paternæ familiæ aſcendẽti detur, *§. 8, eo. §. 2 de adoption. l. pen. C. de adopt. §. 14, J. de hered. ab inteſt.* Hi quidem modi in textu ſic enumerantur: ſunt & alii. Si pater infantes liberos expoſuerit, *tot. tit. C. de infant. expoſ. lib. & ſerv.* Si filiumf. ad decennium paſſus ſit agere hominem ſui juris *l. 1 C. de pat. pot.* Si ſecundas nuptias inceſtas contraxerit, *Auth. inceſtas. C. de inceſt.* Si filiam proſtituerit, *l. 12 C. de epiſc. audien.* & hodie communi plerarumque gentium more, per nuptias filii filiævefam. domiciliiq; & menſę ſeparationem *VVeſ. parat. D.*

de adopt.n.5. P.Greg. in ſyntag.jur. univ. part.2.lib.11.c.10.n.10. V.Fratr.noſtr.diſp. 3. theſ. ult. quod ſecus jure Rom. *l. 1 fin.l.2,de lib.exhib.l.14 §.2,ad l.Jul. de adult.§.2 fin.j.de SC.Tertull.* Effectus ſolutæ poteſtatis eſt primò generalis, quòd Filius Filiafam. ſuperſtes fit ſui juris, *h. e. paterfam. vel materf.* ſive pubes ſit ſive impubes, *l. 4, de his qui ſunt ſui. in pr.h.tit. l.15, quando dies legator.* ſuoque nomine legitimè agere, cõtrahere, teſtari, adquirere, alienare poteſt. *Schneid.ad §. præterea. nu. 8.* nec invitus invita iterum redigitur in poteſtatem, *l.ult.de his qui ſunt.* deinde ſpecialis; I. ut Filius ſui juris, liberos poſtmodum ſibi natos ipſe in poteſtate habeat paterna, præterquã ante ſolutionem conceptos, *§.pen.eo: h.tit.* II. adoptivus emancipatus, omne jus omnemque dignitatem per adoptionem adquiſitam, perdit emancipatione, *l.13, h.tit. l.6. de Senator.*

DE

DE TUTELIS.

Titul. XIII.

PEregimus ſecundæ perſonarum diviſionis prius membrũ, de hominibus alieno juri ſubjectis: nũc de his qui ſui juris ſunt alterum videamus. Sui Juris ſunt, alieno non ſubiecti *pr.* ĩ *.de his qui ſunt ſui. pr. D.eo. d.tit.* quos patresfam. matresf. appellamus, nullo ętatis nec liberor. reſpectu, *l.4, de his qui ſunt ſui. Vult. lib. 1.c.7.* Sed horum alii iterum in tutela vel cura ſunt aliorum, alii neutro iſtor. jure. Sunt in tutela vel cura plerunq; minores annis XXV. propter ætatis fragilitatem *l.1, 3 pr. de min. ann. 25. pr. ĩ. de Curator.* impuberes in tutela, *§. pen. de Attil. tut.* puberes cura, *d. pr. ĩ. de Curator.* De utraque primùm diſtinctè agitur, poſtea cõmuniter. Tutela eſt, vis ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum qui per ętatẽ, ſe ſua ſponte defendere nequit; jure civili data ac permiſſa, *§. 1, eo. l. 1*

pr.de tutelis. Dicitur à tuendo; *id eſt defendendo d.l.1, & §.2 eo. h. tit.* ex quo tutela quandoque pro qualibet defenſione, *l.14, C.de Judæis & cælic. l.1 pr. de minorib.ut ap.Horat. 1.epiſtol.1. — rerum tutela mearum. Et Cic.3.de Fin.Salutem hominum in Jovis Opt. Max. eſſe tutela.* Cæterùm in hoc tutelæ tractatu tria nobis erunt ordine animadvertenda: primùm, Genera tutelę; deinde Auctoritas tutorum; poſtremò Modi quibus tutela finiatur. Genera tutelę tria ſunt; tutela teſtamentaria, legitima, & dativa *l.7 Rem pupilli vel adoleſc. l.ult.C. de auct. præſt. l.51 C. de epiſc.& cler. l.14 §.1, de ſolution.* Qui verò Honorarii tutores in jure, quive Notitiæ cauſſa dati dicũtur *l.14 §.1 de Solut.l.3 §.1 de adminiſtr.tut.* non genera conſtituunt nova tutelæ, ſed ordinem adminiſtrationis demonſtrant. TESTAMENTARIA tutela eſt, ex teſtamento cujuſque parentum tutores liberis in poteſtate ſua impuberibus dantis, *§.3, eo. l.1, D. de teſt.tut.*

legi-

legibus 12 Tabb permiſſæ *d.l.1,l.20.de teſtam.tut.* In qua diſtinctè perſonæ conſiderabuntur intervenientes, & modus conſtituendæ tutelæ perſonæ vel quib. dantur tutores, vel quæ dantur. DANTUR teſtamento tutores jure patriæ poteſtatis *l.40.de adminiſtr.tutor.* liberis in poteſtate parentum conſtitutis impuberibus omnibus, tàm fœminini quàm maſculini ſexus, *l.1,l.16, D.eod.* cuiuſcunque gradus ſint, modo non poſt mortem dantis in alienam poteſtatem recaſuris *§.3.eod. l.1,2, D.eod. l.1, de confirm. tut.* tàm inſtitutis teſtamento quàm exheredatis, *l.4.eod.* etiam poſtumis, *d l.1,5,6, eod. §.5, hoc tit.* non ſolùm expreſſè poſtumis, ſed etiam tacitè filiorum vel filiarum appellatione, *§. ult.tit.ſeq.l.5, hoc tit.* Quid ſi poſtumus nepos ſit? videtur & ipſi datus tutor appellatione liberorum vel poſterorum; non filiorum *d.§.ult.l.6, D.eod.de teſt.tut.* Si uni dederit pater plurium liberorum, ceteri ſubaudiuntur *d.l.*

16.§.1,*eo.* etiam qui apud hoſtes ſunt, §.2,*eod.hoc tit.* non quos ignoravit ſe habere in poteſtate, aut credidit jam obiiſſe, §.3.*eod.* emancipatis, quia in poteſtate non ſunt; tutela verò jure patriæ poteſtatis mandatur, *l.* 40. *de admin.tut.* tutor non datur, *d.l* 1, *D.de teſt.tut.* quia tamen fides dati & diligentia ab ipſo teſtatore approbata eſt, *prin.j.de ſatiſd.tut.vel cur.* ex ſententia prætoris vel pręſidis omnimodò confirmatur, §. *ultim. hoc tit. l.*4, *D. de teſtam.tut.*

QUI TESTAMENTO TUtores dari poſſunt.

Titul. XIV.

DICENDUM nunc eſt qui tutores rectè vel perperam dentur. DARI POTEST tutor quilibet, cũ quo teſtamenti factio eſt, *ſeu qui facere poteſt teſtamentum, l.*20,21,*D.de teſtamen.tut.* etiam prætor vel conſul *d,l.* 20, Quia civile munus eſt tutela *l.*2, §.2,*l.*6,§.9,*de excuſat.tut.vel cur.* & publica

blica cauſa, *l.8,de his qui ſunt ſui.* quam detrectare non eſt levis culpa, *l. 39, §.6,de adminiſt.tut.* & ipſe heres tutor dari poteſt, *l.7. de teſtam.tut.* & qui nõ ejuſdem civitatis eſt civis, *l. 32. eod.* Fœmina dari non poteſt. quia tutela plerunque virile officium eſt, *l.16, l. ult. de tutel. l.26, de teſtam.tut. l.1, §.1, l.3, §.1, de leg. tutor.* niſi à Principe liberorum ſuor. tutelam ſpecialiter impetret, *d.l.ult.de tutel.* vel ſit legitima tutela in matris & aviæ perſona, *Nov. 94.c.2. Nov.118.c.5.* Poteſt filius & paterfam. iuxtà dari, *in princ. hoc tit. l.15, fin.de excuſ. tut. vel curat.* & minor annis XXV, *l.32, fin.D.eod.§.2; hoc tit.* ſed ut interim ſuſpendatur tutela uſque ad legitimam ætatem *dd. locc.* hodie dari non poteſt, *§. un.ſ. de fiduc. tut. §. 13. de excuſ. tut. l.ult. C. de legit. tut.* non mutus aut ſurdus, *l.10, de legit.tut. l.1, de tutel.* non homo incertus, *l.20, 30, de teſt. tut. §.27, ſ. de legatis.* non furioſus: niſi ut ſit cum ſanæ mentis eſſe cœperit, *d.§.2, hoc tit. l.11, de tutel. l.10, §.2.*

de teſt. tut. non miles, §. 14, *l de excuſat. tut.* *v l. curat.* num debitor teſtatoris? affirmo *l. 35, fin. de neg. geſt.* num creditor ejuſdem? etiam *ex l. 44, de pact. l. 70, de procurator. Vveſ. paratit. D. de tutel. num. 5.* ſed aliter quàm teſtamento dari debitor creditor non poteſt, *Auth. minoris. C. qui dari tutor. Nov. 72. c. 1. 2.* Num ſervus? diſtinguendum inter proprium ſervum, & alienum. proprius, cum, vel ſine libertate rectè datur, perperam cum conditione libertatis, aut per errorem quaſi liber: alienus, rectè ſub conditione libertatis, purè perperam datur, §. 1, *eod. l. 10, §. 3, l. 22, 32. fin. de teſtam. tutela.* MODUS dandi in eo verſatur, ut I. perſonæ detur non rei vel cauſſæ tutor; §. 4, *eod. l. 12, 13, 14. de teſtam. tut.* univerſitati tamen puta alterius provinciæ utiliter datur, *l. 15, eod. l. 21, §. 2, de excuſat. l. 3, §. 2, de admin. tut. l. 3. §. 3, Jud. ſolv.* vel ad augmentum poſtea accedens, *l. 9, §. 5, de adminiſt. tut. l. 21. §. 2, de excuſ. tut.* II. à certo tempore vel

ad cer-

ad certum tempus, ad conditionem & ſub conditione rectè datur, *l.8,§.1, d 7, de teſtam. tut. §.3. eod. hoc tit. §.1, ĩ. de Attil. tut.* ſecus in dativa tutela, *l. 77. prin. R. J. l.6, §.1. de tutel.* ſed & ante heredis inſtitutionem *d. §.3, hoc tit.* etſi caput ea ſit totius teſtamenti, unde cetera vim ſuam capiunt *§.24, ĩ. de legatis*. Hi & his & his modis legitimè dantur tutores. plerunq; autem dati non rectè, *hoc eſt, à quibus dari non oportebat, aut quibus non oportebat, aut nō quo loco, aut non quomodo oportebat dari*, ſecundum teſtatoris voluntatem, (quæ ſemper liberis intelligitur optimè conſulere voluiſſe) poſtmodum à prætore vel præſide magiſtratus auctoritate confirmantur, *l.1, l.7, de conf. tut. l.13, §.8. de excuſ. tut.* Dictum eſt de teſtamentaria tutela: quæ donec ſperatur, legitima non admittitur, *l.11, de teſtam. tut. l.9. §.1, tutelæ.* cū verò deficit, legitima tunc ſuccedit, *prin. de leg. agn. tut.*

DE LEGITIMA Agnatorum tutela.

Titul. XV.

LEGITIMA tutela eſt quam nemo dat, ſed lex introducit, *l. 5. prin. D. de legit. tutor.* teſtamẽtaria deficiente, *l. 9, §. 1, de tutelæ. l. 11, de teſtam. tut.* eaque vel 12. Tabb. lex, vel alia nova. ex illa tutela triplex eſt: legitima agnatorum, patronorum, parentum tutela; prima ex verbis legis, altera ex interpretatione, poſtrema ad exemplum introducta. Legitima AGNATORUM tutela eſt, quam lex 12. Tabb. ab inteſtato nominatim agnatis proximis marib. defert, *prin. hoc tit. Godofr. in fragm. ll. 12. Tabb. c. 18. l. 5. prin. de legit. tutor.* perfectæ ætatis; nec prohibitis nec excuſatis, *Novell. 118. c. 5. Auth. ſicut. C. eod. l. ult. C. eod. l. ult. C. de legit. hered.* ſc. ut qui ſperarent ſucceſsionem, iidem tuerentur bona ne dilapidarẽtur, *l. 1, de legit. tut. & §. un. ꝗ. de leg. patron. tut. Auth. ſicut. C. de leg. tut.*

l. ult.

l.ult.§.9,C.de bon.libert. l. 23. R.J. Inteſtatus propriè quidem eſt cui nemo ex teſtamento quamcunque ob cauſam heres extitit, *l.1,§.5,l.3.ſi tabb.teſt. non ex tab.princ.J.de hered.ab inteſt.l.64, V.S.* ſed hîc, is omnis qui quátum ad tutelá inteſtatus deceſſerit; ſeu nullis teſtamento non facto relictis tutoribus, ſeu relictis quidem ſed ante mortuis, quàm vel teſtator deceſſerit, vel ad pubertatem venerit pupillus, *princ. & §.2, eod. l.6.D.eod.* Agnati ſunt cognati per virilem ſexum, *§. 1, hoc tit. l.7, D.eod. §.1,J.de leg. agn. ſucc. §. 4,J.de ſucceß.cogn.* omnes: ſed expreſsè l.12. Tabb. non omnibus defert tutelam, ſed I. tantùm proximioribus gradu agnatis, *l.1, §.1, l.9, D. eod. l.10, prin. de grad. b. §. ult. de cap.dimin. Novel. 118, c. 5.* & ſi plures eodem gradu; omnibus, *l.8,9, D.eod. d.§.ult.d.auth. ſicut. & l.3,C.eod.* II. tantùm maribus proximis, *l.penult. D.eod. §.un. J. d.leg. patr.tut.* & ſi proximior mortuus vel capite minutus ſit, ſequenti proxi-

mo, *l.3, §.3, D.eod.* Sed in hoc jure legitimæ tutelæ duo mutata ſunt hodierno jure. I. Sublata cognationis & agnationis differentia, defertur tutela proximis etiam cognatis, *Novel.* 118. *c.5. Auth.ſicut.C.hoc tit.* II. Mater & auia præponuntur omnibus aliis cognatis, in legitima non ſolùm legitimorum ſed naturalium quoque liberorum tutela: tametſi debitrices aut creditrices ſint eorũdem; donec ſecundis ſe nuptiis non implicaverint, nec proſtraverint ipſæ pudorẽ, *Nov.*94.*c.*1,2, *Nov.*118.*c.*5. Proprium eſt huius tutelæ, ut per capitis tutoris minimam diminutionem ſolvatur, *l.5, §, ult. D.eod. §.ult.hoc tit.l.11.princ.de tutelæ.§.4, quib.mod.tut.fin.*

DE CAPITIS DIMINUTIONE.

Titul. XVI.

CAPITIS DIMINUTIO vel Minutio *l.3, §.1, l.5, prin.l.6, hoc tit. & paß.l.1, §.7, ad S C. Trebellian.* eſt ſtatus prioris

prioris mutatio, *prin.hoc tit. l,1,D. eod.* Status eſt in libertate civitate familia conditio cujuſquam *arg.l. ult. l.3, fin.l.4,D.eod. Vveſ.paratit.D.eod.num.1.* libertas implexè civitate, familia utravis continetur. idem alio nomine CAPUT appellatur; & qui id mutavit, capite minutus vel diminutus, *t. tit.de cap.minut.*& capitis minor, *Horat.3.carm. Od.5.* capitis inquã civilis ſeu juris capitis. quomodo ſervili capiti opponitur, *l.3.fin.D.eod.*& ſervus negatur caput habere, *§.4,eod.d.l.3,4, eod.* Capitis diminutio triplex eſt, maxima, minor vel media, & minima, *d.prin.hoc tit.d.l.ultim.* nominatur tamen & magna *in l.1, §.4, de ſuis & leg. l.5,de variis & extraord.n.l.1,§.8,ad S C. Tertull.l.1,de uſufr.leg.* quam maximã & mediam intelligit Vultejus *lib.1. c.9.num.16. & lib.1. diſcept.ſcholaſt. c.8.* ergo minorem quæ minima ſit *in d.l. 1,§.4,de ſuis & leg.* MAXIMA cap. diminutio eſt, libertatis amiſsio. igitur tot modis contingit, quot liber ho-

mo in ſervitutem redigi poteſt *§.1, eod.l.ult.eod.l.5, de variis & extraord.* poteſt autem illis omnibus, qui explicati ſunt ſupra, *tit. de jure perſon.* MEDIA cap. diminutio eſt civitatis ſalva libertate amiſsio: *§.2.eod.l.ult. l.5. prin. D. eod.* quæ contingit aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, *l.1, §.2. de leg. III. l.17, de pœnis. l.6, pr. de interd. & releg.* item defectione ad hoſtes, vel ſententia Senatus, qua quis hoſtis fuerit Reipubl. judicatus *d.l.5, §.1, D. eod. l.19, §.4, de captivis.* vel cum id relegatione nominatim expreſſum eſt, *l.4, 7, §.1, de interd. & releg. l.39, de jure fiſc. l.8, C. de pœnis.* MINIMA capitis diminutio eſt, familiæ commutatio ſalva libertate & civitate, *d.l.ult. §.3, hoc tit. l.6, eod.* quæ fit, liberis hominibus ſui juris factis alienæ poteſtatis: alienæve poteſtatis hominibus factis *per emancipationem vel & aliis quibuſdam modis vita civitate libertate ſalvis* ſui juris *d.§.3, l.2, §.2, l.3, prin. §.1, D. eod. §.4, J. quibus mod. tut. fin.*

§.5, J.

§.5,J.de milit.teſt. Vult.l.b,1,c.9. hodie omni forma ſolennis & antiquæ illius emácipationis antiquata, emancipati non mutant ſed retinent familiam, adeoq́ue cap. diminutionem nullam patiuntur, *l. ult. C.de emancip. lib. Vveſen.paratit. D.de conjungend.cum emancip.lib.& tit.de ventre in poſſ. mitt. n.ult. V.tamen Schneid.tit.de patr.poteſt. num.* 24. Hæc in gratiam agnatorum tutelæ relata ſunt.

DE LEGITIMA PAtronorum tutela.

Titul. XVII.

LEGITIMA PATRONORUM tutela eſt, quæ patronis liberiſque patronorum in libertos impuberes defertur, ex interpretatione ll. 12. Tabul. *prin. hoc tit. l.1, l.3, prin. de leg.tut.in princ.J.de fiduc. tut.* & per conſequentias hereditatum magis, quàm nominatim ulla lege *§.un. hoc tit. d.l.3, eod. l.73, R.J.l.ult.§.9, C.de bon.libert.* ſed liberis patronor. citius non defertur,

quàm ipſis (uno aut pluribus) vita defunctis, *l.3,§.1,l.1.§.1,eod.* non vivis adhuc, vel aliter tutela exemtis, *d.l.3, §.2, D.eod.*

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

Titul. XIIX.

LEGITIMA PARENTUM tutela eſt, parentum in liberos impuberes emancipatos, ad exemplum patronorum in libertos, adeoque l. 12. Tabb. introducta tutela, *princ. hoc tit. l.3, princ. & §.ult. de legit. tutor. prin. J. de fiduc. tut. §.6, fin. quibus mod. jus pat. poteſt.* quę olim non niſi contracta fiducia emancipantibus, *V. ſ. quib. mod. jus pat. poteſt.* deferebatur, Ulp. *fragm. tit.10. §.4,* quia hi ſoli ad exemplum juris patroni in bonis liberti, ad ſucceſsionem liberorum ſuorum vocarentur, *tot. tit. ſi à paren. quis man. l. 4, §.1, quis ordo in bon. poſſ.* poſtea ſpeciali Fiduciæ exceptione ſublata; omnibus, *l. ult. C. de emancip. lib. §. ult. J. de leg.*

agn.

agn.ſucc. Hinc quilibet hodie parens vicem legitimi tutoris ſuſtinet, *d. §. ult. D. eod.*

DE FIDUCIARIA TUTELA.

Titul. XIX.

LEGE, vel occaſione legis 12. Tabul. iſtæ tres ſpecies legitimæ tutelæ introductæ ſunt: nova lege FIDUCIARIA tutela; quæ eſt fratrum in impuberes fratres ſorores poſt mortem patris legitimi eorundem tutoris, tutela *in prin. hoc tit. l. 4, de legit. tut. l. 16, de tutelis.* eſtque quaſi ſubalterna parẽtum tutelæ; & ipſa quoque legitima dicitur, *d. l. 16, l. 3, C. de except. l. 19, prin. ad S C. Velleja.* non utique quaſi ll. 12. Tabb. ſed tantùm nõ prætoria juriſdictione, moribus vel lege aliqua civili introducta, *l. 4, C de legit. tut.* *Ulp. fragm. tit.* 11. §. 2. Fiduciaria autem primum parentis appellabatur, filium ſub contracta fiducia emancipantis, *Ulp. tt.* 11. §. 4. deinde,

cùm illa legitimè nomē & ordinem recepiſſet, *tit.præced.* §. vetus appellatio pro fiducia antiqua ad heredes parentis tutoris tranſmiſſa eſt, *Vveſ. paratit. D. de leg. tut. n.* 4. *& Inſt. hoc tit. num.* 1. 2. Sed & hęc & ſuperior parentum tutela, ob agnationis & familiæ reſtitutam emancipationi hodiernæ amiſsionem, *l. ult. C. de emancip. lib.* moribus noſtris, legitima utrinque ſufficiēte non obſervatur *Vult. lib.* 1. *c.* 25.

DE ATTILIANO TUtore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur.

Titul. XX.

LEGITIMA tutela ſuis ſpecieb. explicata eſt: ſequitur dativa. DATIUA tutela eſt, data à magiſtratu, deficientibus aliis *prin. hoc tit. Caj. lib.* 1. *Inſtit. tit.* 7. vel ſuſpenſis tutelis, *quo caſu tutorem habenti* §. 2, 3, *hoc tit. l.* 10, *prin. l.* 11, *princ. l.* 27, §. 1, *de teſtam. tut. l.* 12, 15, 17, *de tutel. l.* 1, §. 2, *l.* 3, §. 2. *de leg. tutor. l.* 21, *fin. de excuſat. l.* 9, 13, *de tutor. dat. ab his.*

ab his.l.3,C.qui petant tut.l.46,§.6,de adminiſt:tut. l.2. C.de tut.v.l curat. tot.tit. C.in quib.caſ:tut:vel curat.hab. ad petitionem alicujus. *Vv:ſen.paratit.D.qui petant tut.vel curat.* Eadem & Honoraria dicitur tutela, non ab honore tutoris honorarij, qui niſi teſtamento non datur, *Vveſenb. paratit.de tutel. nu.* 5. ſed ab honore dantis prætoris vel magiſtratus *arg.l.7,de juſtit. & jur. §.7.ſ̃.de jure nat.gent. l.2,§.ſ̃, de orig.jur. Cujac:paratit.D.de adminiſt.tutor.* Hinc dativi tutores, dati à magiſtratu *l.* 7. *Rem pupilli vel adoleſc.l.ult. C.de legit.tutor.* hodie. cum olim eo nomine teſtamentarii venirent *Ulp. fragm. tit.* 11.§.13. ſuntque perpetui vel temporarii:illi deficientibus aliis,hi ſuſpenſis dati, *l.* 2, *D. eod.* Conſiderandum nunc eſt, qui dent quive petant tutores. In DANTIS PERSONA quadruplex jus occurrit. primum ex l. Attilia;qua in urbe quidem à prætore urbano & majore parte Tribunor.plebis:&l.Julia & Titia; quibus

in provinciis à præſidibus dabatur tutor, *in prin. hoc. tit.* *Ulpian. tit.* 11. *§.* 17. Secundum jus ex conſtitutionibus eſt, abrogato primo, *§.* 3, *eod. l.* 1, *de conſ. tut.* ut Conſul vel prætor tutelaris *l.* 6, *§.* 7, *de excuſ. tut. vel curat. l.* 2. *C. quand. mul.* cum inquiſitione darent, *§.* 3, *eod. d. l.* 1, *de conſ. tut.* Inquiſitio autē prius in mores quàm dignitatem aut facultates dandi fiebat, *l.* 21, *de curat. & tut. dat.* Quo iure duo effecta. primùm, ut à tutorib. cautio Rem pupilli ſalvam fore, exigeretur: deinde ut ad adminiſtrationem poſſet extraordinem compelli *d. §.* 3, *& tot. tit. D. rem pup. vel adoleſc. l.* 1, *de adminiſt. tut. l.* 3. *C. de ſuſpect. tut.* Tertium jus uſu obtinuit *§.* 4, *hoc tit.* Juſtiniani temporibus, ut Romæ tutores à prætore vel præfecto Urbi, *l. pen. §.* 2, *de excuſ. tut. l.* 8, *§.* 1, *D. h. tit.* in provinciis vel à præſide darentur cum inquiſitione *l.* 18, *l.* 1. *D. eod. l.* 6, *§* 1. *de tutelis.* vel à magiſtratibus juſſu præſidum, ſi non eſſent magnæ pupilli facultates *§.* 4, *eo. hoc tit.*

hoc tit. l.3. D. eod. l.6, C. qui dare tut. vel cu rat. Quartum & noviſsimum jus Juſtiniani eſt, ut in provinciis ſi facultates pupilli valeant uſque ad 500 aureos, liceat magiſtratibus provincialibus vel defenſoribus civitatum unà cum Epiſcopo loci, tutores; ſine præſidis juſſu, ſub legitima tantum cautela creare : ſi verò majores ſint facultates, non liceat niſi præſidi vel magiſtratibus juſſu præſidum. in urbe jus priſtinum obſervatur, *l. 30, C. de epiſc. aud. Cujac. eod. & §. 5, hoc tit.* Adhuc tamen diſsimilis eſt illa datio. aliàs enim fit ſimpliciter, aliàs cum inquiſitione *l. ult. C. de auct. præſt.* Simpliciter, ab inferioribus magiſtratibus, qui jus non habent conſilij con vocandi, ſed exigunt cautionem, *Vveſ. Inſtit. hoc tit. §. 3, num. 4. & prin. j. de ſatiſd. tut. vel curat. nu. 5.* Cum inquiſitione ſine ſatiſdatione I. Pro tribunali à majori magiſtratu *l. 2, l. 7, de confirm. tut. l. 1, C. de conf. tut.* II. Confirmatio tutoris inutilis propter inuti-

le teſtamentum matris *l. 1, 2, de conf. tut. l. 4, de teſtam. tut. l. ult. fin. D. qui petant tut. l. 1. C. de conf. tut.* In illuſtribus perſonis vel clariſsimis datio iſta diligentioris eſt obſervationis *ut eſt videre l. ult. §. 4, V. ſed ſiquidem. C. de curat. fur. tot. tit. C. de tut. & cur. illuſtr. vel clariſſ. perſ. & Cuj. ibid,* Ac tutores quidem ab his dantur: PETUNT verò ſolenniter *l. 10, C. qui petant tut.* intra annum, *l. 10, C. de legitim. her. §. 6, J. de S C. Tertull.* alii neceſſariò, alij libera voluntate, *l. 2, D. qui petant tut.* Mater & liberti pupilli neceſſariò, *l. 1, 2, D. d. tt. l. 2, 3, 6, 8, C. eod. Novel. 155. c. 1.* Cognati & amici libera voluntate, *d. l. 2, princ. D. eod. l. 5, 11. C. eod.* Enumerata ſunt genera tutorum: nunc auctoritatem inquiramus.

DE AUCTORITATE TUTORUM.

Titul. XXI.

AUCTORITAS tutorum eſt, approbatio ejus quod agitur cum pupillo

pupillo *Cujac. paratit. D.eod.fac. l.3.D. eod.* unde auctorari *l.4, prin. D.eod. l.9, prin. quod falſo tut. auct.* vel auctorem fieri, pro comprobare, in jure *§.2, hoc tit.* Eſt autem hic finis tutelæ, ut is qui perfectæ ætatis non eſt, alterius tutela regatur *§.penul.ſ̃.de Attil.tut.l. ult.fin.de manum.vind.* ipſe enim pupillus, nihil hac ætate ſcire intelligitur *l.ult.fin. de juris & fact.ign. l.1, C.de falſ. mon.* & adfectu carere, *l.1, §.5, ne vis fiat ei.* & pati non poſſe, *l.110, §.2, R.J.* & abſentis eſſe loco *l.10, quib.ex cauſſ. in poſſ.l.ult.de V.S.* nec velle nec nolle, *l. 189, de R.J.* Auctoritas ea in cauſsis conſiſtit, quibus interponenda eſt, & modo interponendi. CAUSSAE una regula comprehenduntur: MELIOREM LICERE PUPILLO FACERE CONDITIONEM SUAM, ETIAM SINE TUTORIS AUCTORITATE: DETERIOREM NON ALITER QUAM CUM EA, *prin.h.tit.l.28, prin. de pactis.* Meliorem autem facit adquirēdo alienam rem

vel obligationem, *l.9, princ.de auctor. tut.l.26, de condit.inſtit.l.11, de adquir.rer. dom.d.prin. hoc tit. l.1, C.de auctor. præſt.* deteriorem; ſuam alienando *d. l. 9, prin.&* §.1, *eod.d.l.11, l.15, de ſolutionibus.* ſeve obligando *l.8, de adqu. vel amitt. hered.l.4,5, prin.§.1, l.9, D.eod. l.1, prin.de contr.tut.* vel per hereditatis etiam aditionem, *§.1, eod.l.9, §.2, l.11, D.eod.§.1, J.de hered.ab inteſtat. l.17, fin. de appellat.* qui modus legitimus eſt adquirendi, *§.ult. ſ.per qu.perſ.cuiq.adquir.* MODUS auctorandi in eo eſt, ut ſe probare dicat quod agitur, *l.3, D.eod.* quibuſcunq; verbis; modò conſenſum clarè exprimentibus, *Cuj. paratit. D. eod.* purè, ſine conditione, *l. 8, D.eod.* non invitus, *l.1, §.1, D.eod.* nec in rem ſuam, *l.1, prin.l.5, prin. l.7, prin.l.18, l.ult. hoc tit.§.ult.hoc tit.* in ipſo negotio ſtatim, præſens: aliàs nihil agit, *l.9, §.3, eod. §.2, hoc tit.* & ſi plures ſint, unius auctoritas ſufficit, *l.4,5, prin.l.7, §.1, D. eod.l.ult.C.eod.tt.* Nunc modos finiendi tutelam definiamus.

QUIBUS MODIS TUTELA FINIATUR.

Titul. XXII.

FINITUR tutela ex variis cauſſis; quæ vel communiter ex utriuſque perſona, vel ſeparatim ex alterutrius deſumuntur. COMMUNITER ſolvitur tàm pupilli quàm tutoris Morte, §. 3, *hoc. tit. l.*4, *de tutelæ. l.*1, *C. ſi quis ignorans.* non enim heres, ut in alia jura defuncti, ſic in tutelam ſuccedit *l.*6, *fin. de his qui not. infa. l.*16, *de tutel. l.*1, *prin. de fidej. & nomin.* excepta patronor. & parentum legitima tutela, quæ ad liberos virilis ſexus perfectæ ætatis deſcendit, §. *un.* ſ. *de fiduc. tut. l.*16, *de tutelis.* Secundo, magna hoc eſt maxima mediàve cap. diminutione, §. 1, 4, *h. tt. l.*14, *de tutel. l.*7, *D. tutelæ. l.*2, *de legitim. tutor.* EX PERSONA PUPILLI tutela finitur, I. Si factus ſit ſuæ tutelæ, vel in ſuam tutelam venerit *l.*9, §. 1, *de admin. tut. l.*54, *de hered. inſtit. l.*50, *prin. l.*51, *de leg.* III. *l.*8,

§.1, de bon. poſſ. ſec. tabb. l.5, §.1. quibus ex cauſſ. in poſſ. prin. ÿ. *de pupill. ſubſt.* h. eſt, ſi pubes ſit factus *prin. h. tit. l.4. de tutelæ. l.1. C. quando tut. vel cur. eſſe deſ.* quod hodie indiſtincto corporis habitu, *ex vet. jur. obſervat. Ulp. fragm. tit. 11. §. ultim. l.32. de minorib.* tàm in maſculo quàm fœmina; mari contingit anno ætatis XIV. fœminis XII. completo, *prin. hoc tit. l.13, fin. de tutor. datis. prin.* ſ̃. *de nupt. l.2, prin. de vulg. & pup. l. ultim. C. quan. tut. vel cur. eſſ. des.* II. arrogatione pupilli, *§.1,4, eod. l.14, de tutel. l.2, de legitim. tutor.* EX PERSONA TUTORIS cauſſę deſcendunt quinque ob quas finiatur tutela. I. eſt, ſi tempus vel conditio ſub qua datus erat temporarius tutor extiterit, *§.2,4, eo. l.14, de tutel. l.8, prin. de teſtam. tut. §.1,2,* ſ̃. *de Attil. tut. l.9, §.2, & in prin. D. de tutelæ. l. ult. §.2, C. de ſenten. paſſ.* II. Si tutor ſuſceptum tutelæ onus ex juſta cauſſa excuſauerit, *§. ult. hoc tit. V.* ÿ. *de excuſ. tutor. vel cur. l.9, prin. de tutelæ. l.1, C. in quib. caſib.* III. Si ſit quaſi ſuſpectus

ctus remotus tutela, *d.§.ult.l.14.de tutelis.l.4,de contrar tut. V.j.de ſuſp.tut.vel curat.* IV. Si mater auiàve tutrix iterum nupſerit, aut proſtituerit pudorem, *Auth.eiſdem.C.de ſecun.nupt. Nov. 94.c.2.* V. Minima capitis tutoris diminutione tollitur quidē legitima, ſed non alia ulla tutela, *§.4,eod.l.5,fin. de legit.tutor. l.11,prin.tutelæ.* nulla, relegatione tollitur tutoris *l.32, §.ult. de admin.tut.* nulla, cæcitate *l.16,de auctor.& conſen.* Finita tutela, tutor adminiſtrationis ſuę hereſve rationem reddere compellitur, tutelæ judicio *§.ult. ſ.de Attil.tut. t.tit. D. de tutelæ & rat.diſtra. l.12, C.de admin.tut.tot.tit. C. arbitr.tutel.*

DE CURATORIBUS.

Titul. XXIII.

HUcusque ſingulariter de tutela egimus: tempus eſt jam ad curam tranſeundi. CURA vel curatio, *Rubr.tit. D.de tutelæ & rat.diſtrah. & util.curat.cauſ.act, prin. de tutel. §.3.*

hoc tit. l.3, prin. de poſtulan. l.13. prin. de negot.geſt. l.3, prin. de adminiſt.tut. l.1, & paſſ. de cur.furioſ. prin. ꝟ. de ſatiſd.tut. l.1, §.5, ad l.Corn. de falſ. eſt poteſtas *l.1, de curat. furioſ.* adminiſtrandi negotia *l.6. fin. de tutel. l.20, de ritu nuptiar.* ejus qui ſuis rebus ipſe non poteſt ſupereſſe, *in prin. & §.4, hoc tit. l.12, prin. de tutor. dat. l.2, 10, de cur. fur. & aliis ex. min.* In qua hoc ordine quatuor iſta conſiderabimus, à quibus dentur curatores, quibus dentur, quæ ſit adminiſtratio eorum, & quomodo deſinant eſſe curatores. I. Olim curatores vel ex ll.12. Tabb fiebant, vel conſtituebantur à magiſtratu: ex ll. 12. Tabb. proximi agnati prodigis & furioſis: à magiſtratu ceteri conſtituebantur *§.1, 3, hoc tit. l.13. de curat. furioſ. & aliis. l.27, C. de epiſc.aud. l.ult. §.4, C. de curat. furioſ.* Unde, curatio alia legitima erat alia honoraria dativa, *Althuſ. lib.1. Juriſpr. Rom. c.23. Vveſen. paratit. D. de tutel. num, ult.* hodie ex conſuetudine *d. §.3. v. ſolent.* legitima cura ſublata:

lata:curatores ab eiſdem magiſtratibus omnib. dantur cum inquiſitione à quibus dantur tutores, *d. §.3, & §.1, eo.tt.D.de tut. & cur.datis ab his.* Teſtamento curator juſtè *l.6, C.de negot. geſt.* non datur: datus tamen propter teſtimonium, paternum ſine ſatiſdatione *d.l.27, l.7, §.3, C.de cur.fur.* ab eodem magiſtratu confirmatur, *l.1, fin. l.2, de confirm.tut. §.1, hoc tit. d.l.27, l.16, de excuſat. l.16, de cur.fur.* II. Dantur vel perſonis curatores vel bonis: perſonis majori minori: minori puberi impuberi. Puberibus dantur minoribus annis XXV. *in prin.hoc tit. l.3, de tutel.* deſiderantibus omnibus, *l.13, fin.de tutor.datis.* non invitis: niſi ad litem *§.2, eod. l.3, & tot. tit. C.de in lit.dan. tut.vel cur. l.ult. §.1, C.de adminiſt. tutor.* Impuberibus dantur aliquando *l.19, de auct. & conſenſu tut.* ſed irregulariter, *l.3, prin.de tutel. Vult. lib.1. c.25.* & ad caſum tantum aliquem, non in perpetuum, *l.25, de tutor. & cur.datis.* ſcilicet vel in locum tutoris vel addita-

mentum. In locum tutoris, 1. litis cauſſa pupilli cum tutore *§.ultim.ǯ.de auctor.tut.l.3,§.2,3,4;l.4,de tutel.l.1,2,& ult. C.de in lit. dand.* 2. tutore ad tempus excuſato, *§.5, hoc tit.l.15,16,de tut. & curat.dat.l.10,§.4,5, de excuſat. tutor. vel curat.* vel relegato, *l.14, §.1, de ſolution.* In additamentum tutori curator adjungitur, 1. Si tutor datus non ſit idoneus, *§.penul.hoc tit.l.13,de tutel. l.3,§.2, de adminiſt.tut.§.2,ǯ. qui teſtam. tut.dare. l.10, §.2, de teſtam.tut.* 2. Si idoneus quidem ſit tutor ſed non ſufficiat adminiſtrationi, nec tamen adminiſtret fraudulenter, *d.§.pen.l.11,C. de excuſat. l.3, C.in quib. caſib.* 3. ad augmentum pupilli facultatibus accedens, *l.9,§.ult.de admin.tut.l.ultim.C.in quib.caſib.* 4. Si tutor fiat creditor aut debitor pupillo, *Aut.minoris.C.qui dari.tut.Nov.72.c.2.* Atque hæc ita invito etiam tutore. volens autem ſi impediatur adminiſtrare, poteſt vel auctorari pupillo præſenti & loquenti ad procuratoris conſtitutionem: vel

eo

eo abſente aut infante nominare a-ctorē ſuo periculo, qui decreto prætoris confirmetur, *§.ult. hoc tit. l.13, de tutel. l.un. C. de actore. l.24, de adminiſtr. tut. l.11, C. de procur.* Majoribus dantur curatores impleta ætate *l. 1, C. de cu-rat. fur.* Si rebus ſuis nequeant ipſimet ſupereſſe; ut Furioſis *l.1, prin. de curat. furioſ. §.3, hoc tit. l.7. C. hoc tit.* Dementibus ſeu mente captis, *l.6,7,§.1, 2; l.14. ff. eod. tit. §.4, hoc tit. l.3. C. de cur. fur.* Fatuis; *l.2, de poſtulan. l.21, de rebus auct. jud. poſſ.* Prodigis, *l.1, prin. de cura-tor. l.3, de poſtuland. l.12. de tut. vel curat. dat. l.19. fin. de reb. auct. jud. §.3, hoc tt. tot. tit. C. de cur. fur. vel prod.* Surdis, Mutis, & Qui perpetuo morbo laborant, *§. 4, hoc tit. l.5, de poſtul. l.20, de reb. auct. jud. l.pen. §.1, de excuſat. l.65, §.3. ad SC. Tre-bell.* Luxurioſè viventi mulieri, *l.15, princ. de curatorib. furioſ.* Hæ fuerunt perſonæ quibus daretur curator. Bonis curator datur diſtrahendi gratia hereditate jacente, ventriſve nomine, *l.3,8,5,9, de curator. t.tt. ff. de cur. bon.*

d in. l.1, de munerib. l.22, de minorib. III. Quod ad poteſtatem curatoris, eadem fermè illa eſt quæ tutoris in pupillum, *l. ult. C. pro Socio.* neque enim patrimonium tantum *l. 48, de admin. tutor.* ſed corpus etiam ac ſalutem tueri ſuorum debet, *l. 7, prin. de curat. furioſ. V. tamen l. 8, C. de nuptiis.* perſonam domini ſuſtinet *l. 56, §. 3, de furtis,* niſi ſit bonorum ventriſve curator, cui ſola cuſtodia & rerum quæ deteriores futurę ſunt venditio permiſſa eſt, *d. l. 48, de adminiſt. tutor.* Præterea, ubi auctoritas tutoris in tutore, curatoris ferè conſenſus in curatore requiritur, eodē planè effectu, *t. tt. de auct. & conſ. tut. V. Weſen. eod. d. tt. paratit. num. 4.* IV. Finitur cura vel morte alterutrius *l. 9. de curat. fur.* vel cap. diminutione maxima media, vel ejus qui in cura fuit arrogatione, aut ætate perfecta annorum XXV: tàm in maſculo quàm in fœmina, *prin. h. tit. l. un. C. qui numero tutel.* quod à momento in momentum computatur

tatur *l.3,§.3,de minor.* vel pubertate,ſi in locum tutoris fuerit datus;*l.2,C.in quib. caſib.* aut ſi adjunctus tutori, *l.1, C.quando tut.vel cur.l.25,de tut.& curat. dat.* & denique cauſſa ceſſante curationis, ob quam curator fuerat conſtitutus, *l.1,de curat.furioſ.§.ult.j.de auctor.tut. l.6.C.de cur.furioſ.* Hactenus diſtinctum tutelæ curæ officium diſtinctis utriuſque partibus explicatum eſt. Hodie cura minoris à tutela pupilli nō diſtinguitur: ſed iidem manent curatores qui tutores,ad ætatem uſque perfectam, *Vveſ.paratit. D.de rit. nupt. num.8. Gail 2. obſerv.96. num.6.Mynſ.ad §.ult.h.tt.num.3.*

DE SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

Titul. XXIV.

COMMUNIA ſuccedunt in tutela & cura, Satiſdatio tutorum vel curatorum, Excuſatio, & Crimē ſuſpecti. SATISDATIO tutor. vel

curatorum eſt, cautio *§.3, hoc tit. §. 5, de Attil. tut. l. ult. §.3, C. de cur. fur.* fidejuſſoria, *t. tit. D. & C. de fidejuß. & nominat. l.1, qui ſatiſd. cogan. l. 4. princ. Rem pup. ſal.* tutelam vel curam ſalvam fore *l.3,4, C. de tut. vel curat. t. tt. Rem pupilli vel adoleſc.* eaq́; vel neceſſaria eſt *§.3, hoc tit.* & legitima *§.5, ſ. de Attil. tut.* ex conſtitutionibus *§,3, ỹ. eod. §.3, ſ. de Attil.* vel arbitraria. Neceſſariam, Juſtinianeo jure tutores & curatores ante adminiſtrationem interponũt; prætoris *princ. hoc tit. eod.* vel judicis juſſu *§. ult. ỹ. de diviſ. ſtipulat.* non omnes, ſed ſoli legitimi *prin. hoc tit. l.5, de legit. tutor.* vel dati ſine inquiſitione, *Cujac. paratit. D. Rem pupilli vel adoleſc. l.4. C. de tut. vel cur. qui ſatis non dd. Wesenb. paratit. D. de tut. vel cur. dat. nu. ult.* non teſtamentarii *d. prin. eod. & l.4, l. 17, 19, prin. de teſtamen. tut. l.1,3,6, de confirm. tut. l.3,4, C. de tutor. qui ſatis.* vel dati ex inquiſitione, *d. prin. l.8, de cur. furioſ. l.4, C. de tutor. vel curat. qui ſatis non deder.* Hodierno jure, ab omnibus

omni-

omnino tutoribus & curatorib. iſta cautio exigitur, v. Policey ordnung. *ab ann.48.& ann.77.tt.32.* & præterea in creatione juſiurandum:Eos fideliter adminiſtraturos eſſe,omniaque rectè & cum vtilitate pupilli acturos,neque prætermittere quæ utilia ei eſſe putaverint, neque admittere velle quæ inutilia eſſe exiſtimaverint, *l.ult.§.3,& 4, cum Auth.inſert.C.de curat.furioſ.Nov.72,c.ult. Nov.155. l.vlt. §.4,C.de admin.tut.* Arbitraria cautio eſt inter plures ejuſdem perſonę tutores vel curatores cujuſque generis,adminiſtrationis cauſſa liberè inter ſe provocantes, Uter ſatiſdationem offerre, & adminiſtrationem ſolus obire:vel ſatiſdationem accipere & adminiſtratione ſuperſedere velit; *§.1, hoc tit.l.5, §.1,de legit. tutor.l.17, prin. de teſtam.tut.l.4, C.de tut. & curat. qui non.* ideò ſcilicet introducta, ne per plures tutela ſpargatur, cum unius adminiſtratio ſit facilior *l.3, §.3, de adminiſt.& peric.* nec duo poſſint

ſimul agere, *l.24,§.1,d.eod.tt.* Quid ergo ſi tutorum vel curatorum nullus provocet? quis geret tutelam? geret qui vel ut gereret teſtamento adſcriptus eſt, *l.3,§.1,3, de adminiſt. & per.* vel electus communi ceterorum conſenſu, *d.§.1, hoc tit. l.14, prin. de ſolution. l.3,§.2, Judicat. ſolv. Auth. ſicut. C. de legit. tut. Nov.118.c.5,* vel decreto juſſus prætoris vel præſidis, *d.§.1, d. Novel. 118.c.5.* EFFECTUS ſatiſdationis primùm Neceſſariæ eſt, ut ex ea teneantur non ipſi tantùm tutores & curatores, qui interpoſuerint cautionem *§.2, h.tt. §.ult.* ſ̃. *de auct. tutor.* & heredes eorum, *l.1,§.1,l.3, prin. l.8,§,1, de fidejuſſor. & nominator.* ſed & fidejuſſores *t. tit. de fidejuſſ. & nomin.* & magiſtratus qui exigere ſolent hanc ſatiſdationem, *t.tt. D. & C. de magiſtr. conv. §.2, & ult. hoc tit. §.5,* ſ̃. *de Attilian. tutor.* earumque heredes cauſſa cognita, *l.6, D. eod. §.2, hoc tt.* ideò, quod vel omnino non dederint; aut traxerint dare moniti tutores vel curatores,

l.1,§.

l.1 §.6,7,de mag.conv. vel non ſatiſdare curaverint omninò datos *l.1 §.2,5, 11,14,d.tit.eo. l.5 de confirm.tut.* vel non idoneè curaverint, *d.§.5, & §.13,14, d. tit.§.2,eo.h.tit.* in id, quod ex bonis tutorum curatorum ſervatum non eſt *l.5 de confirm.tut. l.1, C. de magiſtr.conv. l.ult.D.eo.d.tit.* Solent autem exigere hanc cautionem, non ordo ſed municipalis magiſtratus *l.1 pr.§.3,7,9,l.2, l.penult.D.d.tit.* vel electus ad æſtimandum ſatiſdationem, *l.1 §.8,eo. d. tit.* & ſcribæ, *l.ult.C.de magiſtr.conv.* Voluntariæ ſatiſdationis effectus duplex eſt, I. ut preferatur in adminiſtratione ceteris omnibus offerens ſatiſdationem, *l.17 pr. de teſtam.tut. l.4, C. de tut. vel cur.* cum cauſſæ tamen cognitione *d.l.17 §.1,2. & l.18,eo.* II. ut ex adminiſtratione primùm is qui geſſerit conveniatur, & heres gerentis *l. ult.C.de divid. tut. l.2 C. de hered.tut.* deinde, qui non geſſerit; ſi neglexerit officium debuitve ſatis ab altero exigere, *l.39 §.11,l.55 §.1 de admin. tutor. l.9*

§.5,*l.39* §.16 *d.eo.tit.Auth.Sicut. C.de le git.tutor. Nov.*118. *c.*5. vel magiſtratus ante eum, ſi non poſsit ideo conveniri, vel ſi omnes alii ſolvẽdo ſint *l.*1 §.7,*Tutelæ.l.*3,5,*D.de magiſtr.conv.* Atque hæc de ſatiſdatione tutorum vel curatorum.

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL Curatorum.

Titul. XXV.

EXCUSATIO eſt, cauſſæ juſtæ allegatio *l.*13 §.3,4,*D.eo.l.*60 *pr.de rit. nupt.l.*1 §.1,*quãdo appellat.* quamobrem onere tutelæ vel curæ non debeat aliquis gravari,§.*ult.*ſ.*quib.mod.tut.fin.* Cauſſæ excuſationis variȩ ſunt, *pr.h. tit.eo.* ſed in univerſum ꝓpriæ quædam, quædam impropriæ. propriæ, quibus non interpoſitis adminiſtratio nihilominus valet,*l.*1 §.1,*D.eo.VVeſenb.parat.D.eo.n.*1.& tenetur tutor de ceſſatione *l.*13 §.1, *D.eo. l.*19 *C.de adminiſtr. tut.* propriæ iſtæ vel ſunt communes

munes tutelæ & curæ, vel curæ peculiares. Cõmunes vel à ſuſcipienda ſolùm adminiſtratione excuſant vel etiam à ſuſcepta. A SUSCIPIENDA ſolùm adminiſtratione non ſuſcepta excuſant, I. Numerus liberorum: liberorum ſi Romæ ſit trium, quatuor ſi in Italia, quinque ſi in provinciis, *pr.h.tit.l.2.§.1 D.eo. l.36 §.1,eo.* etiam emancipatorum vel datorum in adoptionem; non adoptatorum *d.l.2 §.1, d.pr.eo.* Superſtitum autem, non defunctorum: niſi in acie Reip. cauſſa, *d.pr.eo. l.18. D.eo.* aut ut ex filio nepotes impleant avo filii locum *d.l.2 §.3, pr.eod.* II. Poteſtas honorem vel magiſtratum gerentis, *§.3 h.tit.l.17 §.3 l.6 §.10, D. eo.* Sacerdotium tamen provinciale, etiá à ſuſcepta adminiſtratione excuſat, donec adminiſtretur, *l.6 §.8 eod.* III. Lis cum pupillo vel adulto de omnibus aut pleriſq; bonis, *§.4,eod.l.20,21 D.eo.* IV. Tria onera tutelæ vel curæ non adfectatæ *§.5, eo.l.2 §.5,l. 4 pr. l.6 pr. l.15 §.12, D.eo.* di-

ſtinctorum patrimoniorum, *l.3, l.31 §. ult. D.eo.d.* §.5, vel ſi unum onus tàm diffuſæ ſit tamque negotioſæ adminiſtrationis, *d.l.31, §.ult.eo.* V. Paupertas imparem faciens oneri tutorem aut curatorem, *§.6, eod.l.6 §.13, l.7, l.40 D.eo.* VI. Inſcitia litterarum conjuncta cum negotiorum imperitia *§. 8, eo.l.6 fin.D.eo.* VII. Inimicitiæ cũ patre pupillorum vel adultorum, ob quas ab eo datus ſit tutor curator, *§. 9 eo.l.6 §.11 eo.* item alię capitales, non interveniente reconciliatione, *§. 11, eod.* VIII. Controuerſia ſtatus, tutori vel curatori à patre pupillorum vel adultorum mota, *§.12, eo.h.tit.* vel bona fide pupillo aut adulto mota à tutore vel curatore ſtatus cõtroverſia, *l.6, §.12, D.eo.* IX. Ætas major annis ſeptuaginta, *§.13, eo. l.2 pr. D.eo.l.74 §. 1, ad SC. Trebellian. l. un. C. qui ætate.* X. Profeſſores Grammaticæ, Rhetoricæ, Medicinæ Romæ excuſantur ſimpliciter: alibi tantùm ſi in patria doceant, & intra definitum nu-

merum

merum ſint, §.15,*h. tit. l.6* §.1,2,3,4,5,6, *D. eod.* Numerus definitus eſt in minoribus civitatibus; medicorũ quinque, Sophiſtarũ vel Rhetorum triũ, Grãmaticorum totidem: in majoribus; medicorum ſeptem, Grammaticor. & Rhetorum quatuor: in maximis; medicorum decem, Grãmaticorum vel Rhetorum quinque *d.l.6* §.1,*eod.* Legum profeſſores ſeu Juriſperiti Romę non alibi vacant, *l.6.§.6 eo.* niſi in conſilium Principis adſciti, *l.30,D.eod.* aut profeſſores; qui publicè juvenib. proſint: ut & aliarum artium publicè probatarum, *VVeſenbec. paratit. D. eo. n. 3.* etiam extra patriam ſi ſint valdè docti, *l. 6 §. 4 eod.*
XI. Ab adminiſtratione rerum extra provinciam ultra centeſimum lapidem excuſantur, Quor. domicilia nimis ſunt diſsita, *l.10* §.3,*l.19,l.21* §.2, *l.42 D.eo.* etiamſi datus ſimpliciter datus ad univerſum patrimonium intelligatur, nec partis habeat vacationem ſine excuſatione, §. 17, *h. tit. eo.*

Et hi quidem à ſuſcipiendo munere excuſantur: ſemel autem ſuſceptum ob ejuſmodi cauſſam deſerere non poſſunt. DEPONUNT ſuſceptã adminiſtrationem & ad tempus excuſantur, curatore interim dato *l. 10 §. 4, 5, 6, l. 12 pr. l. 28 fin. D. eo. Inſt. de curat. §. 5. & h. tit. §. 2*, I. Adminiſtratores fiſci quamdiu adminiſtrant, *§. 1, eo. l. 22, 41 eo.* II. Ægri, qui propter valetudinem ſupervenientem nec ſuis rebus poſſunt intervenire, *§. 7 eo. l. 10 fin. l. 11, l. 12 pr. l. 40, l. penult. fin. D. eod.* III. Abſentes Reip. cauſſa. ſed hi quidem non tantùm abſentiæ tempore, ſed etiam annum deinde poſtquam reverſi fuerint à tutela vel cura, nova ſuſcipienda, non annum à vetere ſuſcepta excuſantur *§. 2, eo. l. 10 pr. §. 1, D. eo. l. 11 §. 12 de minorib.* quod idem jus comitibus eorum & adſeſſorib. ſeu conſiliariis eſt attributum, *l. 10 §. 4, l. 41 §. 1 eod.* Et hæc de cauſsis ab utrolibet excuſantibus munere. EXCUSAT à cura ſpecialiter, tutelæ ejuſdẽ

impuberis quondam adminiſtratio, tametſi caverit pater teſtamento ut idem daretur, §.18 *eo. l.* 20 *C. eod.* niſi libertum à cura patroni *l.* 5, *C. eod.* IMPROPRIAE excuſationes vocãtur, quibus non interpoſitis invitus etiã liberatur *VVeſenb. parat. D. h. tit. n.* 1. *l.* 13 §.8, 9, 10, *D. eo. l.* 1, *C. de confirm. tut.* datus illegitimè tutor *V.* ſ. *tit. de Tutelis.* vel curator: Ut vir uxori, ſponſus ſponſæ, nurui ſocer datus, *l.* 17 *C. h. tit.* §.19 *penult. l.* 1 *fin. D. eo. l.* 14 *de curat. furioſ. l.* 2, *C. qui dari tutores.* Hactenus de excuſationũ veris & legitimis cauſſis. Falſis uſus nihilominus obligatur, §. *ult. h. tit. l.* 60 *pr. de rit. nupt. t. tit. C. Si tut. vel curat. falſ. l.* 60 *pr. de nupt.* Si ex veris plures in eundem concurrant, omnes debent allegari, *l.* 13 §.6, *D. eo.* aliis tamen atq; aliis intra tempora excuſationum uti nõ prohibetur, §.16, *eod. l.* 21 §.1, *D. eo.* TEMPUS intra quod adeſſe & conteſtari oportet cauſſas excuſationis, cõſtitutum eſt in urbe aut intra centeſimũ lapidem

ab urbe; dier. continuorum quinqua ginta: ultra centeſimum lapidem ab urbe; dierum triginta, & inſuper factorum à vicenis millibus in dies ſingulos cóputatis intra vel ſupra (nunquam pauciorum quàm ſint) L. dies, §.16 *eo.l.*13 §.1,4,6,*l.*38,*eo.* ex quo ſe datos cognoverint, *l.*6 *C.eod.* poſtea nō audiuntur *l.*13 §.1,3,*eo.l.*11 *C.eo.*

DE SUSPECTIS TUTORIBUS VEL CURAtoribus.

Titul. XXVI.

DUo fuerunt in ſatiſdatione & excuſatione tutorum vel curatorum communia: tertium ſequitur, Crimen ſuſpecti. CRIMEN SUSPECTI ſeu accuſatio, *l.*3 §.1,3,5 *l.*1 §.4 *D. eo.* §.3, *h.tit.l.*1 §.7 *ad SC.Turpill.* vel cognitio ſuſpecti §.8, *h.tit.l.pen.* & *ult.D. eo.* ex ll. XII. Tabb. deſcendit, *pr.h.tit. l.*1 *pr. l.*3 §.2, *D.eo.* qua tutor vel curator ſuſpectus poſtulatur, §.3,7, *h.tit.l.* 1 §.4, *D.eo.l.*14 §.1, *de ſolution.* & *liberat.*

Suſpe-

Suſpectus eſt ex quolibet genere tutorum, *§.2,11,eo.l.1 §.3,l.2,l. 3 §.2,7,D.eo. l.4.C.eo.* qui moribus talis eſt ut ſuſpectus ſit, *§.ult. eod. l.8,D.eo.* hoc eſt qui aut fraudulenter *l.1 §.2,de off.præf.urb. l.9 de tutel. l. 21 de tutor. dat. l. 31 de reb. auct.jud. §.pen.& ult.h.tit. l.1,2,3,5,C.eo.* non ex fide adminiſtrationem gerit, *§.5, eo. h. titul.* aut qui negligenter in cauſſa officii quolibet modo verſatus eſt, *d.l.5 C.eo.l.3 §.14 pen. l.4 §.ult.l.7 pr. h. tit.* idq; tum ante quàm inciperet gerere, *§.5,h.tit.l.4 §.ult.D.eo.* occupando nũmis tutelam vel curam, *l. 1 §.2,de off.præf.urb.§.10,eo.h.tit.* ſève tutorem teſtamento ipſum ſcribendo, *l.29 de teſtam.tutor. l.18 ad l.Corn.de falſ.* tum poſt ſuſceptum officium; graſſando in tutela vel cura: vel ſordidè aut perniciosè agendo, aut intercipiendo aliquid ex pupillaribus vel non pupillaribus rebus, *l.3 §.4, D.eo.* vel copiam ſui ad aliméta decernendum pupillo non faciendo, *§ 9 eo. l. 3 §.12,D.eo.* vel coràm per mendacium

Potuiſſe decerni negando §.10, *eo. l. 1* §.1,2,*eo.* tametſi ſolvendo ſit, vel offerat ſatiſdationem, *d.§.5,& §.ult. eo. l.5, 6 eo.* non pauper diligens ac fidelis *d. §.ult. l.8 eo. l.5 C. eo.* quanquam huic ex cauſſa poſsit locuples curator adjungi, *l.6 C. eo. VVeſ. parat. D. eo. n.7.* Videndum eſt nunc, qui poſsint ſuſpectos poſtulare, & apud quos, & quo effectu, & quamdiu poſsint. I. Et quia hæc eſt quaſi publica, §.3,*eo. l.1 §.4 D. eo.* verè non publica accuſatio, *Cujac. parat. D. eo.* ideò omnibus patet accuſare volentibus *§.3 eo. d. §.4 D. eo. l.6, C. eo. h. tit.* etiam per alium, *l.2 de fidejuſſ. & nomin.* etiamque mulieribus, non ſolùm cognatis ſed etiam exteris vitæ probatæ, *d. §.3 eo. l.1 §.4, eod.* & contutoribus, *l.3 pr. l.5, D. eo. l. pen. C. eo.* Impubes tutorem non poteſt accuſare: minor poteſt curatorem ex neceſſariorum conſilio, *§.4, eo. h. tit. l.7 pr. eo. l. 6 C. eo.* poteſt etiam non accuſatus officio magiſtratus remoueri, pupillorum favore, *l.3 §.3, D. eod.* Et quidem

ſuſpe-

ſuſpectos poſtulare quos diximus potuerunt. II. Poſtulatio autem poteſt non niſi pro tribunali examinari, & nullus alius quàm præſes vel procoſ. poteſt de hac quæſtione pronuntiare *l.1 §.7, ad SC. Turpill.* itē prætor: & legati iſtorum poſt mandatam jurisdictionē §.1, *eo. l.1 §.2, eod.* III. Effectus accuſationis iſtius eſt primū, quòd reo ſtatim interdicitur adminiſtratione poſt ſuſceptam poſtulationem, donec cognitio finiatur, §.7 *eo. l.14 §.1 de Solut. l.7 C. eo.* deinde, quod ſuſpectus aut removetur tutela vel cura, abire juſſus *l.1 §.2, l.3 §.ult. l.4 §.1, D. eo. §.1, & ult. h. tit.* vel curatorē accipit loco remotionis, ſi ſit perſona neceſsitudinis jure vel patronatus conjuncta *l.9 D. eo.* vel pauper, *l.2 C. de tut. vel cur. qui ſatis.* vel remittitur humilior ad præfectum urbi puniendus, *l.1 §.ult. l.2, 3 §.12, D. eo. §.10, 11, h. tit. l.4, 10 C. de adminiſtr. tut. l.1 §.1, de præf. urb.* tertiò, remotus ob dolum infamis fit, ob culpam non item, *§.6, eo. l.3 §.*

ult. D. eo. l. ult. C. eo. l. 2 C. de tutor. vel curat. qui ſatis. etſi ſit lata culpa, *arg. d. §. ult. VVeſ. ad §. 4 h. tit. n. 2, & in parat. D. eo. n.* 8. niſi patronus ſit tutor qui ſalva ſemper exiſtimatione removetur, *§. 2 h. tit. l. 1 §. 3 eo. l. 1 C. Si tut. vel cur. non geſſ.* ut & illi qui curatorem loco remotionis adjunctum accipiũt, *l. 3 §. ult. l. 9, D. eo.* IV. Tamdiu verò licet ſuſpectos poſtulare, quamdiu nõ extinguitur poſtulatio; quæ extinguitur Si reus poſt accuſationẽ ante ſententiam moriatur, §. 8 *eod.* alióve modo finita jam ſit tutela vel cura, *l. 11, D. eo.* quia tunc aliis judiciis locus fiat *l. 3 §. 5, 6, 8, 9, eo. l. 1 C. eo.* Abſolvimus communia tutelæ & curæ & ſingularia quoque præcepta.

LIBER

LIBER SECUNDUS.

DE RERUM DIVISIONE, ET ADQUIRENDO ipſarum dominio.

Titul. I.

SED quia de Perſonis quæ prima nobis privati judicii pars fuit, actum hucuſque ſatis eſt: deinceps ad ſecundam judicii partem quę rerum continet judicialium explicationem pergamus. REI nomen generale eſt, *l.1 fin.de rebus cred.*& tàm cauſſas complectitur quàm jura, *l.23 V.S.* tàm ſpecies *l.6 pr.de rei vindic.* quàm facta, *l.6 §.3 Mandati.* tàm quæ in patrimonio noſtro ſunt quàm quæ extra, *pr.h.tit. l.5, V.S.* multiplex tamen earum in jure differentia obſervatur. Sunt enim quæ naturali jure cōmunia omnium ſunt, ſunt quæ publica, quę univerſitatis, quæ nullius, quæve ſingulorũ

ſunt, *d.pr.eo. h.tit. l.2, D.de rer.diviſion.* de quibus omnibus hoc loco ſeparatim dicendum. COMMUNIA omnium ſunt naturali ratione, quæ jure humano gentium ad omnes indifferenter pertinēt, *ut Aer, Aqua profluens, Mare, Littoraq; maris, l.2, R.D. §.1, h.tit. & Occupata mari, l.10, eo. l. 13 pr. Comm. præd.* eoque patent omnium uſui, *l 4, D.eo. l.3 §.1, Ne quid in loco publico.* dum ne cõmuni uſui uſu privatorum officiatur, *d.l.3 & ſeq.4 eod.* tametſi occupatione ſingulorum privata fiāt, *l. 4, 6, 10 D. eo.* PUBLICA propriè ſunt, quæ in patrimonio ſunt populi Romani: nõ alicujus civitatis bona, *l.15, 16, l.17, V.S. l.14 de adq.rer. domin.* quorũ uſus publicus eſt, *l.24 pr. de damn. inf.* & ſingulorum, *§.4, h.tit. l.5, D.eo. l.un. Ut in flum. publ. l.2 pr. Ne quid in loco publ.* proprietas verò univerſorũ ſeu populi, non propria cujuſque, *l.1 pr. D.h.tit. de rer. diviſ. d.l.14 de adq.rer.dom. Talia ſunt, Flumina penè omnia & Portus, §.2, eo. l.3, D.eo. l.1 §.1, l.3 de fluminib.*

Uſus

Uſus riparum: non proprietas, §.4, eo. l.5, D. eo. l.3, de flum. l. 30 §.1, l. pen. de adq. rer. dom: Viæ publicæ, l.24 de damn. inf. UNIVERSITATIS ſunt, communia civitatum, *§.6, eo. l. 6 §. 1, D. eo. ut ſunt Theatra, Stadia, atque his ſimilia, dd. ll.* quæ non ſunt ſingulorum pro parte, ſed integra univerſitatis, *dd. ll. & l.7 §.1, quod cujuſque univerſ. nomin.* NULLIUS ſunt, res divinæ vel divini juris, *§.7, 10, eo. l.1 pr. l.6 §.2, eo.* Res humanæ aliquando nullius in bonis ſunt, *ut, hereditariæ antequã aliquis heres exiſtat:* poſſunt tamen alicujus eſſe in bonis, *d. l. 1 pr.* quæ autem propriè nullius ſunt; ea ut ſint âlicujus, nulla obligatio valet efficere, *l.182, R.J.* DIVINI juris ſunt, res ſacræ, religioſæ, ſanctæ, *§.7, eo. l.1 pr. eo.* SACRAE ſunt hodie; quæ ritè per Pontifices DEO conſecratæ ſunt, *§. 8, h. tit.* publica non privata auctoritate: olim; quas Princeps ipſe dedicaverat, vel dedicandi dederat aliis poteſtatem, *l.6 §. 2, l.9 eo. Tales ſunt, Ædes ſacræ, item Do-*

naria ritè adminiſterium Dei dedicata d. §.8,h.tit. itē Veſtes aliæq; res cultui divine conſecratæ: quò pertinet Templorū ædificatio & dedicatio. Nov.5.c.1, Nov.131.c.7, Altaria, Nov.7.c.1. Vaſa ſacra, Nov.7.c.8, Nov.120.c.10. Sacrarium autē in quo ſacra reponuntur, ſacrum non eſt ſed profanum, & liberatur religione ſacris inde evocatis, l.9 §.1,eo. l.1, Ne quid in loco ſacro. Hinc ſacræ res nō poſſunt nec alienari nec obligari: niſi redimendorum captivorum gratia, *d.§.8,eo.h.tit.l.21 C.de ſacroſan. Eccleſ. Nov. 7. c.8, Nov.120. c.10.* nec recipiunt æſtimationem, *l. 9 fin. D. eo.* poſſunt tamen profanæ fieri *l. 83 §.3, V. O.* ſi ab hoſtibus capiantur: & liberatę eorum poteſtate in priſtinam cauſſam poſtliminio reſtituuntur, *l. 36, de religioſis.* Locus autem in quo ædes fuerāt ſacræ ædificatæ, diruto etiam ædificio ſacer adhuc manet, *§.8,eo. l.6 §.2, D.eo. l.73 de contrah. emt.* RELIGIOSAE res ſunt *cæmiteria & ſepulcra*, quibus mortuus eſt illatus ſepulturæ gratia, *l.6 §.3, D.eo.l.1,*

Si ſer-

Si ſervit. vindic. l 2 pr. & §. 2, de religioſ. & ſumtib funer. non gratia trásferendi, *l.40,d.eo.tit.de relig* *Cenotaphium autem, id eſt monumentum purum, l.5 §.7 de donat. int. vir. & uxor factum memoriæ cauſſa, l 42 de religioſ. non eſt locus religioſus, l 7, eod. l.6 fin. d.l.42, de religioſ. d. l 5,* Et poteſt quilibet, *civili jure: ſecus Canonico, P.Gregor.partit.jur. canon.lib. 1.tit.15.c.1.* ſuum locum religioſum facere, mortuum inferẽdo, *§.9,eod.* vel alienũm locum; domini voluntate *eod. & l.2.C.de relig.* ſocius locum communem non poteſt invitis ceteris, *d. § 9, l 2 §.1, l.43 de religioſ. l.6 §.4, Comm. divid.* non poteſt proprietarius ſuo jure aut uſufructuarius, *d.§.9, d.l 2 §. 3, l. 43 de religioſ.* Hæc verò nec ipſa poſſunt aut venire aut obligari aut vindicari, aut permutationibus alienæve alterius converſationis uſu pollui: cohærentia profana poſſunt, *l.2, 4, 9, C. de religioſ. l. 12 §.1, de religioſ.* captivitate verò deſinunt religione obligari, donec calamitate iſta libe-

rentur, *l.36 de rel g. & ſumt.* idem, cùm reliquiæ aliò transferuntur, *l.44, d. eo. tit.* SANCTAE res ſunt, quæ ab injuria hominum ſanctione defenſę atque munitæ ſunt, *l. 8, de rer. div ſ.* dictæ à ſanctione, h. e. pœnali parte legis §. 10, *h. tit. l.41 de pœn.* qua ſubnixæ ſunt, *l.9 §.2 eo. d. §. 10, h. tit.* vel à ſaginibus, hoc eſt legator. apud Roman. publicę ſecuritatis cauſſa in legationibus vſurpatis herbis *d. l.8, h. tit. Tales ſunt, Muri & Portæ civitatis, etiamq; in municipio, d. §.10, l.8, 9, l.1 pr. l. ult. eo. V. Plutarch. quæſt. rer. Romanar. qu. 27 item Leges, l.9 §.2 eod. & Legati, l.ult. de legationib.* Res divini juris & humani publicæ adhuc fuerût: humanæ SINGULORUM ſunt, privatæ res uniuſcujuſque *l.1 pr. de rer. divıſ.* quæ cùm ex variis cauſsis cuiquam adquirantur, *pr. h. tit. & §.11, eo.* vel debeantur, *l.14 §.2, de except. rei jud.* duobus quoq; capitib. tota ſui doctrina explicatæ ſunt: quor. prius de Dominio adquiſitarum noſtrarum eſt, poſterius de obli-

obligatione debitarum nobis alienarum. DOMINIUM eſt, jus quo res proprietate noſtra eſt: ſeu eſt plena proprietas rei, *Caj. lib. 2 Inſtit. tit. 1. §. 1, l. 36 §. 1 l. 46, de uſufr. l. 2 pr. Quib. mod. uſusfr. l. 10, de uſu & uſufr. legat. l. 15 fin. de caſtr. pecul.* Dicitur & dominatio, *l. 78 de adqu. vel omitt. her.* plenum dominium, *l. 4 pr. de aliment. leg.* plenũ jus, *l. 126 §. 1, V. O.* plena in re poteſtas, *§. ult. J. de uſufr.* ſolidum perfectumque dominium, *l. 1, C. de bon. mater.* ꝓprietas ſimpliciter *l. 13, de adqu. rer. dom. §. 44, 45, 46, h. eo. tit.* Et adquiritur vel jure gentium, vel jure civili, *§. 11, eod. l. 1 pr. de adq. rer. dom.* Jure gentium, in rebus primùm corporalibus: quæ tangi poſſunt ſui natura, *pr. tit. ſeq. de reb. corpor. & incorporal.* deinde in incorporalibus. In corporalium adquiſitione modi tradũtur decem. primus eſt OCCUPATIO rerũ quæ nullius ſunt, eſſe tamen alicujus poſſunt, *§. 12, eo. l. 3 pr. l. 30 fin. de adqu. rer. dom.* *Ut ſunt quæ cœlo mari terra naſcuntur: Velut*

aves, piſces, feræ (nam manſuetæ propriæ ſunt, §.19 eo.) beſtiæ. Eſt autem occupatio, prima rei cujuſque poſſeſsionis apprehenſio, *l.1 pr. de adq. vel amitt. ten. poſſeſſ.* Fitq́ue vel aucupio, vel piſcatione, vel venatu. nec intereſt in publico vel in privato: item in venatione & aucupio fiat in ſuo an in alieno, *d.§.12, l.3, de adq. rer. dom.* diverſum in piſcatione; quam in alieno facere non licet *l. 13 fin. de injuriis.* quia piſces aquæ cohærent & quaſi pars ejus intelliguntur, *arg. l.44, de rei vindic. & l.16, de act. emti.* Sed ſi quis nondum apprehenderit quidem poſſeſſionem, ſed ita jam vulneraverit putà feram ut poſsit capi: nondum occupaſſe intelligitur, donec ceperit quoq; *§. 13, eo. l. 5 §.1, de adquir. rer. dom.* Atque ſic occupatur capiturq́ue res: capta verò eò uſq; noſtra eſt donec cuſtodia noſtra coercetur: egreſſa verò cuſtodiam noſtrã, & in libertatem naturalem progreſſa, deſinit eſſe noſtra, & rurſum fit occupantis, *d. §.12, l. 5 pr.*

5 pr. l. 3, l. 44, 55, D. eo. l. 1 §. 4, Si quadrup. pa p. feciſ. d cat. niſi ſit ex animalibus quæ ex conſuetudine exire & redire ſolent. iſta enim cujuſque eouſque ſunt, donec animum revertendi depoſuerint conſuetudine revertendi omiſſa, *§. 15, eod l. 5 §. 5, D. eo. de adq. rer. dom.* Secundus adquirendi modus, eſt CAPTIVITAS hoſtium vel rei ex hoſtibus alicujus *§. 17, eod l. 5 fin. l. 51, de adq. rer. dom. l. 5 pr. l. 24 de captivis. §. 5. S. quib. mod. jus patr. poteſt. §. 4, de jure perſonar. l. 1 pr. de adq. vel omitt. poſſ.* Unde & liberi homines in poteſtatem noſtram rediguntur tantisper, donec ad ſuos reverſi fuerint, *d. §. 17, l. 7 pr. D. eo.* eo animo, ut res eorum ſequerentur ad quos pervenerint, & illos relinquerent, à quibus abiiſſent, *l. 12 §. 5, de captivis & poſtlimin. reverſ.* Tertius eſt INVENTIO rei nullius, in littore alióve loco communi, *§. 18, eo. l. 1 pr. de adq. poſſ.* Quartus animalium noſtrorum PARTUS editus apud nos, *§. 19, eo. l. 6, 2, ult. de adq. vel am. rer. dom.* etſi

ex alienis animalibus *l.* 5 §. 2, *l.* 49 *de rei vindic.* alibive conceperint, *l. ult. h.tit. l.*12 *C.de rei vindic.* Quintus ALLUVIO fluminis, qua quid agro cujuſquam ſenſim & ſine ſenſu adjicitur, §.20, *eo. l.*7 §. 1, *l.*38, 56, 30 §.2, *D. eo.* Unde quædam conſequentia: I. Lacus & ſtagna non habêt jus alluvionis, *l.*12, *D.eo. l.*24 *fin. de aq. & aq. pluv. arcen.* nec agri limitati manucapti *l.* 16, *cod. l.*1 §.3, 4 *de flumin.* hoc eſt, ex hoſtico publicè certis limitib. adſignati, *Hotm in comment. verb. jur.* II. Vi fluminis ablata allata prædio alieno, domini prioris permanent, niſi ſi longiori tempore adhæſerint prędio vicini, ſic ut arbores jam in eo radices egerint, §.21, *eo. l.*7 §.2, *l.*30 §.3 *D.eo. l.*1 §.5 *de fluminib.* III. Quid inſula aquæ medio nata, cujus erit? diſtinguunt auctores, in flumine facta ſit an ſit in mari. in mari nullius eſt; proinde fit occupantis: in flumine vel medium occupat vel proximior eſt uni ripæ. medio nata communis eſt ab utraq; parte

rte poſsidentium prædia: proxi-
ior alterutri ripæ propria eſt eorũ
ui propter eam prædia poſsident,
*22, eo. l. 7 §. 3, l. 29, 30 pr. & §. 2, l. 56, 65
. 1 & §. 2 D. eo. l. 1 §. 3 de flumin. l 1 pr. de
dq. vel am. poſſ.* IV. Ager cujuſquam
comprehenſus flumine in formã in-
ſulæ, manet prioris domini, *d. §. 22, l.
7 §. 4, D. eo. l. 1 §. 6, de fluminib.* V. Pen-
dens in aqua & mobilis inſula publi
ca manet, *l. pen. §. 2, D. eo.* VI. Quod ſi
alveo naturali in totum derelicto a-
libi cœperit flumen decurrere; prior
quidem alveus iis cedit quorũ præ-
dia vicina ſunt ripæ, novus autẽ pu-
blicus fit; id eſt ejuſdem juris cujus
eſt ipſum flumen, *§ 23, eo. l. 7 §. 4, l. 38,
56 §. 1, D. eo. l. 1 §. 4 de flumin.* &, ſi redie-
rit poſt tempus ad priorem alveum
flumen; ſtricta quidem ratione dere-
lictus alveus nõ redit in poteſtatem
prioris domini ſemel ei ereptus, ſed
iterum fit illorum qui propè poſsi-
dẽt ripas: verùm ut loquitur JC. vix
eſt ut hoc obtineat, *d. l. 7 §. 4, d. §. 23 eo.*

VII. at ex inundatione reſtitutus ager palàm ejus manet cujus & fuit, §.24, *eo d.*§ 4, *l.*30 §.3, *eo* Sextus adquirendi modus eſt SPECIFICATIO, hoc eſt novæ ſpeciei ex rudi vel laborata materia effectio. quæ vel ex propria materia fit, & domini dubitationem non habet; vel ex materia aliena: & intereſt, utrum ex aliena in totum an aliena pro parte ſpecies facta ſit. In ſpecie facta ex aliena materia in totum, placuit: Si res reduci poſsit ad priorem & rudem materiã, eum videri dominum eſſe qui materię dominus fuerit (niſi voluerit ipſe alterius eſſe remiſſo ſuo jure, *l.*25, *D. eo.*) ſi non poſsit; eum qui fecerit, §. 25, *eo. l.*7 §.5, *l.*12 §.1, *l.*24, 26 *pr.* & §.2, *D. eo. l.*12 §.1, *ad exhibend.* Excipitur frumentum ex alienis ſpicis excuſſum, quod ejus eſt cujus fuerunt ſpicæ *d. l.*7, *eo.* Cum materia non omnis aliena eſt factæ ſpeciei, ſed partim propria pârtim aliena, videndum; arbitrio tantum facientis an voluntate utriuſ-

uſq; vel caſu facta ſit ſpecies no-
priori ſpecie qui fecerit dominus
ſub priori diſtinctione ſi ad prio-
n formam reduci non poſsit, §.26,
l.12 §.1, *l.27 fin D.eo.l.5 §.1, de rei vind.*
etſi pretioſior ſit res aliena quæ
ceſsit, §.27, *eo.l.26 pr.l.27 pr.* & §.1, *D.*
l.23 §.2,4, *de rei vindi.* poſteriori ca-
differentia eſt. Utrum è cōfuſione
orporum ſpecies facta ſit, ſic ut ſub-
tantia utriuſq; propriorum confun-
leretur, an ex cōmixtione qua pro-
pria uniuſcujuſque in ſua ſubſtantia
durent. illo caſu ſeu volūtate domi-
norum ſeu caſu cōfuſio facta eſt ſpe-
cies ſeu ejuſdē generis materiarum
ſeu diverſi; utriuſque ſit communis,
§.28, *eo.l.7* §.6, *l.27 pr.D.eo.l.19 pr. Comm.divid.* hoc articulo, ſi voluntate u-
triuſq; commixtio facta ſit idem eſt:
ſi caſu, propria cujuſque illius ma-
nent, §.29, *eod.h.tit.* Septimus modus
adquirendi eſt Cessio, per quam
res rei propter prævalentiam cedit
dominioq; ejuſdem adjungitur, *l.23*

VII. at ex inundatione reſtitutus ager palàm ejus manet cujus & fuit, §.24, *eo d.*§ 4,*l.*30 §.3,*eo* Sextus adquirendi modus eſt SPECIFICATIO, hoc eſt novæ ſpeciei ex rudi vel laborata materia effectio. quæ vel ex propria materia fit,& dominii dubitationem non habet; vel ex materia aliena: & intereſt,utrum ex aliena in totum an aliena pro parte ſpecies facta ſit. In ſpecie facta ex aliena materia in totum, placuit: Si res reduci poſsit ad priorem & rudem materiã, eum videri dominum eſſe qui materię dominus fuerit (niſi voluerit ipſe alterius eſſe remiſſo ſuo jure, *l.*25, *D. eo.*) ſi non poſsit; eum qui fecerit, §. 25,*eo. l.*7 §.5,*l.*12 §.1, *l* 24,26 *pr.* & §.2, *D. eo. l.*12 §.1, *ad exhibend.* Excipitur frumentum ex alienis ſpicis excuſſum, quod ejus eſt cujus fuerunt ſpicæ *d. l.*7,*eo.* Cum materia non omnis aliena eſt factæ ſpeciei, ſed partim propria pârtim aliena, videndum; arbitrio tantum facientis an voluntate utriuſ-

utriuſq; vel caſu facta ſit ſpecies nova. Priori ſpecie qui fecerit dominus eſt ſub priori diſtinctione. ſi ad priorem formam reduci non poſsit, §.26, *eo. l.12 §.1, l.27 fin D. eo. l.5 § 1, de rei vindic.* etſi pretioſior ſit res aliena quæ acceſsit, §.27, *eo. l.26 pr. l.27 pr. & §.1, D. eo. l.23 §.2, 4, de rei vindic.* poſteriori caſu differentia eſt. Utrum è cõfuſione corporum ſpecies facta ſit, ſic ut ſubſtantia utriuſq; propriorum confunderetur, an ex cõmixtione qua propria uniuſcujuſque in ſua ſubſtantia durent. illo caſu ſeu volũtate dominorum ſeu caſu cõfuſio facta eſt ſpecies ſeu ejuſdẽ generis materiarum ſeu diverſi; utriuſque fit communis, §.28, *eo. l.7 §.6, l.27 pr. D. eo. l.19 pr. Comm. divid.* hoc articulo, ſi voluntate utriuſq; commixtio facta ſit idem eſt: ſi caſu, propria cujuſque illius manent, §.29, *eod. h. tit.* Septimus modus adquirendi eſt CESSIO, per quam res rei propter prævalentiam cedit dominioq; ejuſdem adjungitur, *l. 23*

§.3, de rei vindic. eaq; vel in rebus ſoli ſpectatur vel in mobilibus. Solo cedunt, I. in ędificata ſolo; ut Si in meo ædificatum ſit ex aliena materia, vel Si ex mea in alieno, *§.30, 31, eo. l.7 §.7, 9, l.9 §.1, D. eo. l.39 de rei vindic. l.ult. de Superficieb. l.3 §.5 Uti poßidet. l.2, C. de rei vindicat. l.2 C. de ſervitatib. l.50, ad l. Aquil. l.33, de condict. indeb.* ut ne tamen mobilia quoq; poſita in alieno aliena fiant, *l.60, de adq. rer. dom.* II. Plantę ſolo cedunt, cùm primùm radíces in eo egerint, *§.32, eo. l.7 §.10, l.9 pr. & §.1, l.26 §.1, D. eo. l.ult. pr. Quod vi aut clam. l.11, C. de rei vindic. l.6 fin. Arbor. furt. cæſ.* III. Sata fundo. ideoq; dominus eſt nati frumenti non is qui ſevit agrum neque cujus eſt ſemen, ſed ad quem ager pertinet, *§.33, eo. l.9 pr. D. eo.* Hæc ceſsio rerũ ſoli fuit. in mobilibus de ſcriptura & pictura quæritur. SCRIPTURA qualiscunq; chartis mẽbraniſque cedit, *§.34, eod. l.9 §.1, D. eo. l.23 §.3, de rei vindic. l.3 §.12, ad exhibend.* quod hodie negant DD. in nova litteraturæ

teraturæ forma propter Scripturæ præſtantiam ſervari oportere, *Myn*ſ. *§ litteræ.Inſt.eo.n.6.* fortè contra mentem & expreſſa verba Imperatoris, *l.§.33 v.licet.dd.ll.* DE PICTURA variè inter antiquos diſputatū eſt: ad extremum recepta propter dignitatem picturæ eorum ſententia, qui picturæ tabulas cedere non tabulis picturam debere cenſuerunt, *§.35,eo. l.9 §.* *2,D.eo.* Dictum fuit hucuſque, Quæ res Quibus Quo modo cederent: nunc videndum, Quomodo dominis cedentium rerum ne damnū ſentiant proſpiciatur: quo in genere diſtinguendum eſt, Utrum poſſeſſor utriuſque rei ſit idem qui dominus rei cedentis, an is qui dominium rei principalis obtinebat: ut hoc caſu cedētis rei domino actio adverſus poſſeſſorem rei utriuſque non ſit *l.33, de condict. indeb.* in illa ſpecie poſſeſſor bonę fidei poſsit impenſas per retentionem vel exceptionem doli mali ſervare: malæ fidei poſſeſſor nō poſ-

ſit, §.31,34,35 *cod. d.l.33,l.7 §.9,l 9 pr. D. eo.* niſi neceſſarias, atq; ex officio judicis, *l.38 de hered.petit. l.5,C.de rei v.ndic. Althuſ. lib.1.c.15.* Octavo adquirimus FRUCTUS rerum noſtrarũ indiſtinctè, ſoli jure, *l.25 pr. de uſuris.* In alienarum rerum quas poſsidemus fructibus intereſt, Utrum à bonæ fidei poſſeſſore an malæ teneantur. priori ſpecie poſſeſſor B. F. fructus perceptos ſuos facit tam naturales quàm induſtriales, eoſdemq́ue fundo evicto reſtituere non tenetur: malæ fidei poſſeſſor omnes omnimodò cum ipſa re reſtituit, *§.36, eod. l.48 pr. h.tit. l.25 §.1,l.45, de uſur. l.78 de rei vindicat. l.22 C. de rei vind. l.3 C. de condict. ex Lege.* Sed Fructuarius non aliter fit dominus fructuum, quàm ipſe eos vivus aliúsve ejus nomine perceperit: nondum autem percepti, maturi immaturi ad dominum proprietatis pertinent, *§.37, eod. l.12 §.5 l.48, de uſufr. l.13, quib.mod.uſusfr. vel uſus. l.8, de ann. leg. l.5 §.4, Si uſusfr. petat. l.25 §.1, de uſur.*

Idem

Idem in colono qui nũmis colit ſolum alienum, intelligendũm eſt, *d.§. 37, l.26 de furt* niſi quod hic intra tempora conductionis fructus ad heredem transmittit, *l.10,24,29 C. de locat. & conduct. l. 19 §. 8 D.d. eo.tit. & §. ult. Inſt. ĩ eo.tit.* & ut primum fructus decerpti ſunt quocunque nomine, ad eundem pertinent, *d. l. 26 de furtis.* quod in fructuario aliter obſervatur, *d. l. 12 de uſufr.* Nonò THESAURUS repertus in ſuo; præterquam malis artibus: vel ſacro aut religioſo loco, caſu non data ad hoc opera ſit inventoris integer §.40 *eo. l. 31 §.1, l 63, D. eo.* in loco privato alieno caſu repertus pro parte inventoris ſit, pro parte loci domini, *dd. ll. l. un. C. de theſaur.* Tandem naturali jure adquirimus per TRADITIONEM, id eſt naturalem dationem *l. 3 de peculio.* cujusque rei. quia nihil ęquius eſt quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferri ratam haberi, §.41, *eo. l.9 §.3, D. eo. l.12, C. de rei vindic.* tradi-

tione tamen, I. nō ſimplici, ſed cauſſam ſui habentem præcedentem, *l.31 pr. D. eo. d. §.41.* II. nec aliter, quàm res fuerit ante tradentis, *l.20 D. eo.* nemo enim plus juris in alium transferre poteſt quàm ipſe habet, *l.54, R. J. l.120, 160, eo. dict. titul. l.10 C. quod cum eo qui.* III. Singulare eſt in emtionis venditionis contractu, ll. XII. tabb. introductum, ut res vendita traditaq; non aliter fiat emtoris, quàm venditori de pretio fuerit quolibet modo ſatisfactum, *§.42, eo. l.19, 53, D. de contr. emt. l pen. C. de rei vindic.* Sed A quibus traditio rectè fiat, & Quarum rerum, & Quo modo videamus. Et quidē, I. Si dominus ipſe tradat rem ſuam, nulla dubitatio eſt quin dominium rectè transferatur, *d. §. 41, d. l.9 §. 3, D. eo.* II. idem eſt, Si domini voluntate alius cui id permiſſum ſit tradat, *§. 43, eo. d. l.9, l.41 §.1, de rei vindic.* tradens enim ſine domini voluntate alius, non transfert proprietatem, *l. 39 §.1, de eviction.* III. at is Cui libera omniū

nego-

negotiorum adminiſtratio conceſſa à domino ſit, ex illis rem rectè tradit, præterquam donandi cauſſa, *d.§.* 43, *d.l.*41, *l.*58,59,60 *de procurator. l.*28 *§.* 1, *de pactis. l.*7, *de donat. l.*3 *§.*1, *ad SC. Macedon. l.*8 *§.*4 *quib. mod. pign. l.*1 *§.* 1, *quæ res pign.* Hæc de perſonis. RES tradi poſſunt tantum corporales: incorporales non poſſunt, *d.§.*41, *l.*43 *§.*1, *D.eo.* ſed in his pro traditione patiētia domini eſt, *l.*11 *§.*1, *de Publician.* Immobiles corporales rectè traduntur, non quidem de manu, ſed inductione domini, & in rem præſentem conſenſu, *l.un. C.de ſuffrag. l.*12 *C.de emtion. l.*1 *§.*13 *de adq. vel amitt. poſſ.* Sequitur modus tradendi. Pro traditione ſunt, I. Patientia domini, ſuam rem quæ apud aliquem ex cauſſa eſt, propriam eſſe ei volentis, *§.*44, *eo.l.*9 *§.*1, *de Publ lic. l.*9 *§.*4, *l.*21 *fin. l.*25, *D.eo.* II. Clavium traditio ad horreum quo emta vendita continentur; facta re præſenti, *§.*45, *eo.l.*9 *§.*5, *D.eo. l.*1 *§.*13 *de adq. vel am. poſſ. l.*74 *de contr. emt.* III. Collatio volun-

tatis dominii transferendi in incertam perſonam, *Ut ſit miſſilium quæ in vulgus jactantur projectione*, *l.9 §. 6, D. eo. §.46, h. tit. l.5 §.1, ꝑ derelicto.* IV. Derelictio rei ſeu abjectio pro derelicto, eo animo facta ut dominus eam nolit eſſe in numero ſuarum rerum, *§ 47, eod. l.1,2,5 §.1, pro derelict. l. 36, de ſtipul. ſerv. l.43 §. 4 de furt. l.58 D. eo. h. tit.* qualis non eſt earum rerum, quæ in tempeſtate navis levandę cauſſa ejiciuntur, *§. ult. eo l 9 §. ult. D. eo. l 2 ſin. l. 8, de l. Rhod. de jact.* etſi plerunque credendũ habita pro derelicto quæ dominus ſciat peritura *l.43 §.6, de Furtis.* nec quę in via abjiciuntur oneris levandi cauſſa, ut mox iteratò repetantur, *d. l. 8, de l. Rhodia.* nec etiam quæ de rheda currente non intelligentibus dominis cadunt, *d. §. ult. eo. h. tit.* Atque ſic modi ſunt quibus dominium rerum corporalium præcipuè, jure gentium adquiritur.

DE

DE REBUS CORPORALIBUS ET INCORPORALIBUS.

Titul. II.

DEINCEPS adquiſitionem juris gentium quæ fit in incorporalibus reb. conſideremus. INCORPORALES res ſunt, quæ ſui natura tangi non poſſunt, *§.un. hoc tit. l.1 §.1, de rer. diviſ.* Tangi non poſſunt, quæ in jure hoc eſt juris intellectu conſiſtunt, *dd. ll. & l. ult. C. de præſcript. long. temp.* quæ verò in abſcondito vel remoto ſunt corporalia, tangi poſſunt: tametſi nunc non tangantur *Pet. Gregor. Tholoſ. partit. jur. Canon. lib. 1. tit. 3. c. 2. num. 2.* Sed cùm in juris intellectu infinita conſiſtant, non infinitorum adquiſitio jure gentium perveſtigatur: ſed earum tantùm rerum quæ Servitutes appellantur.

DE SERVITUTIBUS RUSTICORUM VEL URBAnorum prædiorum.

Titul. III.

SERVITUS eſt jus *in fin.tt.præc.& in prin.& §.ult. hoc tit.l.14, princ.D. de ſervitut.l.6.prin. l.2,de ſerv.præd.urb.* commodi *l.15, l.pen.de ſervitut. l.24, de ſervit. præd.ruſt.l.6, fin. quemadm. ſerv. amitt.*in re aliena *l.5,prin.ſi uſusfr.pet. l.26,de ſervit.præd.urb. l.5,de ſervit.ruſt. præd.* Sæpe jus dicitur abſolutè,*l.14, ut legator.vel fideic. l.13, §.1, de damn.inf.* eſtque rei vel perſonæ.*l.1, l.15, prin.de ſervitut.* Rei ſervitus PRAEDIALIS dicitur vel prædiorum; quam prædio alicujus prædium ſervit alienũ, *§.3,eod. l.1,comm.præd.* appellaturque propriè & abſolutè Servitus, *Cujac. paratit. D.de ſervitut. Vveſenb.eod.tt. in prin.t.tt. D.de ſervitut.§.un.fin.ſ.de reb. corporal.§.ult.ĩ.de uſu & uſ fr.* & vel ruſtici prædij eſt vel urbani, *ſ.tit.prox. in fin.l.1,de ſervitut.* ex prædio ruſtico

vel urbano; quæ inter ſe materia & uſu non loco diſtinguuntur, *l. 198, l. 211, V.S. l. 12, de ſupp. ll. leg. l. 16, C. de præd. & aliis.* Seruitus RUSTICI PRAEDII eſt, quæ debetur ruſtico prædio *t. tit. D. de ſervit. ruſtic. præd.* ſeu fundo, *l. 211, V.S. l. 1, 6, §. 1, comm. præd. §. 1, hoc tit. l. 29, prin. & paſſ. De ſerv. ruſt.* & vel primaria eſt vel ſecundaria. primaria quadruplex in itinere, actu, via, aquæductu. quib. illud commune, ut finis earum & uſus vel ab initio arbitrio conſtituentium circumſcribatur, vel arbitrio bonæ fidei deinceps terminetur, *l. 13, §. 2, de ſerv. ruſt.* ITER eſt jus eundi ambulandi hominis, non etiam jumentum vehiculumve agendi, *prin. eod. hoc tit. l. 1, l. 7, princ. de ſervit. ruſt. præd.* jus ſella lectica equo etiam commeandi *d. l. 7, prin. l. 12, eod.* Dicitur etiam jus tranſeundi *l. 6, de ſervit. leg.* ACTUS eſt jus agendi jumētum vehiculumve, vel ploſtrum: non haſtam rectam ferendi, non lapidem lignum tignum trahendi, *d.*

prin.eod.l.1,7,§.1,l.12,de ſervit.ruſt.præd. VIA eſt jus vehundi agendi ambulandi; iterque & actum continet *d. prin.eod.l.1,7,§.2,eod.l.13,de ſervitutibus.* Unde, qui viæ jus habet jus habet trahendi quoque & haſtam rectam ferendi, dum arbores ne lædantur, *d.l.7,§.2,eod.* Viæ latitudo,ſi quid arbitrio conſtituẽtium mutatum non ſit, Legitima ex ll.12.Tabb. intelligitur; pedum octo in porrectum ſedecim in anfractum *l.8,13, §.2, l.23,eod. l. 6.fin quemadm. ſerv.amitt.* AQUAEDUCTUS eſt jus aquæ ducendæ per fundum alienum *d.prin.eod. l.1,2,10,D. eod.l.ult.ſi ſervit.vindic.l.4,6,10,C.de ſervitut.* eoque & fiſtulam in rivo ponẽdi quæ aquam latius exprimat, aliaque in rivo faciendi; dum ne aquagium domino prædij deterius conſtituatur, *l.15,eod.l.11, commun.præd.l.11 prin.de aq.& aq.pluv.l.3 §.5,de aq.cottid.* vel contra veterem formam quid innovetur,*l.7,C.de ſervitutib.* Secundariæ ſervitutes ſunt, I.AQUAE HAUSTUS

STUS vel *abſoluti* Hauſtus, *l.5, D.eod. l.10 de ſervit.* ſeu jus aquam hauriendi, *l.2 fin. D.eod.* continens etiam iter ad fontem, *l 3 §.1, eod l.10 de ſervit. urban. prædior. l.40 §.1, de contrab. emtione.* II. PECORIS ad aquam APPULSUS, ſeu jus pecoris ad aquam appellendi, *l.4, D.eod.* III. JUS PASCENDI ſeu paſcui *l.6 fin. eod.* vel compaſcui vel compaſcendi, *l.penult. ſi ſerv. vindic.* IV. CALCIS COQUENDAE, *§.2, eod. l.1, 5 6 §.1, eod.* V. ARENAE FODIENDAE, *d. §.2, l.1, 6 §.1, eod.* VI. CRETAE LAPIDIS EXIMENDI, *l.5, 6 §.1, eod.* vel CAEDENDI, *l.13 §.1, comm. præd.* Et hactenus de ruſticis ſervitutibus. Urbanæ vel URBANORUM PRAEDIORUM ſervitutes ſunt, quę debētur urbano prædio, *t.tt. de ſerv. præd. urban.* vel ædificiis, *§.1, hoc tit. l.1, comm. præd l.6 princ. de ſervit. urb. præd.* Eæque ſunt, I. ONERIS ferendi, ſeu ut vicinus onera vicini ſuſtineat, *§.1, eod. l.6 §.2 &c. Si ſervit. vind.* II. IMMITTENDI ti-

gnum in parietem vicini, ſupraque id verbi gratia porticum aliúdve habendi, *l.1,2, de ſerv. præd. urban. l.8 §.1, ſi ſerv. t. vindic.* immittendi fumi, vel aquæ, vel vaporis *l.8 §.4,5, ſi ſerv. vind.* III. Servitus STILLICIDII ſeu fluminis: vel avertendi in tectú aream-ve vicini *§.1, eod. l.2, eod.* vel non avertendi *l.2,17 §1, l.20 §.2, &c. l.28 D. eod. de ſerv. urb. præd.* IV. Servitus altius NON TOLLENDI vel ædificandi, *d.l.2, l.32 prin. eod. l.16 de uſufr. l.4 fin. de uſucap.* contraq; altius TOLLENDI, *d.l.2, l.16 de uſufru.* quæ oppoſita eſt naturali cujuſq; quæ eſt altius in infinitum ędificandi libertati, *l.9,10,24, D. eod. l.30 de uſufruct. l.8,9 C. de ſervit.* V. Servitus LUMINUM ſeu luminũ immittendorum, qua vicinus vicini lumina excipit *l.4,40, D. eod. tt.* &, Ne luminibus vicini officiatur; quolibet impedimento *l.15 de ſervit. præd. urb.* ſeu, Ut cælum videretur, *l.16, d. eod. tt.* quę diſtincta eſt ſervitus ab altius non tollendi, tametſi verum eſt

altius

altius tollendo luminibus plerunq; offici, *l.2,4.11,17 prin.22,23, eod. Vveſenb. paratit. D.eod.num.4.* VI. NE PROSPECTUI OFFICIATUR qui etiam ex inferioribus eſt, *l.3,16, eod.* VII. CLOACAE ſervitus, hoc eſt jus cloacam per vicini domum prætoriúmve habendi, *l.7, de ſervitut. l.2, de ſervit. ruſt.* Eſt autem Cloaca, locus concavus per quem colluvies aliqua fluat *l.1 §.1, de cloac.* VIII. FORAMINIS in imo pariete proluendi pavimenti cauſſa habendi *l.28,29 D.eod.* IX. POSITUS, poſitúmve in ſuo non habēdi invito vicino *l.17 §.1, ſi ſerv. vindic.* Sequitur adquiſitio & amiſsio ſervitutum. ADQUISITIO vel inter vivos vel teſtamento facta. inter vivos Pacto vel Stipulatione, *§.ult.eod. l.33 prin. §.1, de ſervit. ruſt. præd.* vel Patientiâ domini diuturna prædii ſervientis, contraq; longo uſu & quaſi poſſeſsione dominantis, *l.1 fin. de ſervit. ruſtic. l.11 §.1, de Public. l.10, ſi ſervit. vindic. l.1,2, C. de ſervit.* Teſtamento, ſi

teſtator heredem damnet in gratiam legatarii, ut aliquid patiatur vel ne faciat, *§.ult.eod. l.16, comm.præd. l.31, de ſervit.urb.* Amittitur ſervitus, I. totali Interitu rei vel recipientis vel præſtantis ſervitutem, *l.14, quemadmodum ſervit.amitt. l.34 fin.l.35, de ſervit.ruſtic.* II. Confuſione dominii utriuſque prædiorum, in unam eandemq; perſonam concurrentis *l.1, 30, de ſervit. urb.præd.l.27, 31, de ſervit.ruſt.l.10, commun.prædior.* III. Non utendo per longum tempus quod olim biennium erat: hodie X. inter præſentes XX. inter abſentes annorum, *l.6, de ſervit.urb.præd. l.35, de ſerv. ruſtic. l.7, 10 §.1 quemadm. ſerv.amitt. l.penul. & ult. C.de ſervitut.l.4 §.16, de uſucap.*

DE USUFRUCTU.

Titul. IV.

ET HACTENUS quidem de rerum ſervitutib. PERSONAE ſervitus eſt, quam perſonæ non rei res ſervit aliena. ideoque ad heredem

non

non tranſmittitur, *l.21, de uſu & habit. l.4 l. pen. l. de ſerv. ruſt. l.8 §.3, de liberat. leg.* Tales ſunt, uſusfructus uſus & habitatio, *l.1, de ſervitut. l.* USUS FRUCTUS eſt ſervitus *l.5 princ. ſi uſusfr. pet. l.1 §.5 ad l. Falcid. l.57 prin. de uſufru.* perſonæ *l.32, 33 §.1, D. eod. l.3 fin. quib. mod. uſusfr. vel uſ. l.1, de ſervit. l.6 fin. de adq. rer. dom. l.25 de ſtipul. ſervor.* vel jus, alienis rebus utendi fruẽdi ſalva earum ſubſtantia, *prin. eod. hoc tit. l.1, D. eod.* Dicitur & Fructus ſimpliciter *l.14 §.1, de uſu & hab. l.35 §.1, l.42 prin. l.57 prin. D. eod. l. pen. de uſufr. accreſc. & paſſ.* ſeparatus à proprietate *§.1, eod. l.42 prin. D. hoc tit.* eoque fructu qui proprietatem comitatur, atque dominii percipitur non ſervitutis jure, *l.126 §.1, V.O. Cic. epiſt. famil. lib.8. ad Cur. l.5 prin ſi uſusfr. petat.* & continet in ſe uſum quemlibet, *l.42 D. eod. l.14 §.1, de uſu & habitat.* non illum qui ſervitus eſt propria & diſtincta ab uſufructu *t. tt. ſeq. Vult. lib.1. c.63. num 17.* Jus uſusfructus in quatuor capitibus conſi-

ſtit, primùm in modo conſtituendi, deinde in rebus quarum conſtituitur uſusfructus, tum jure fructuarij, denique cauſsis amittendi. CONSTITUITUR jure gent. uſusfructus dominij in proprietatem & uſumfructum ſeparatione, §.1, *hoc tit. d.l* 42 *de uſufr.* tàm teſtamento quàm inter vivos; iiſdem omnino modis quibus ſervitutes reales §.1, *eod.l.*5 *de ſervit.l.* 3,6,58 §.1, *l.*72,74, *D. hoc tit.l.*3,5, *quibus mod. uſusfr.* RES in uſufructu diſtinguuntur ex jure communi, & proprio Senatuſconſulti. Jure communi uſusfr. conſtituitur non ſolùm in fundo vel ædibus, *l.*3,7,9,41, *D.eod.* §.2, *hoc tit.* ſed etiam in ſervis & jumentis ceteriſque quæ uſu non conſumuntur, §.2, *eod.l.*3 §.1, *l.*7 *prin. eod.* & non tantùm in re ſingulari *l.*34 §.2, *eod.* ſed etiam in uniuerſitate, *puta gregis armenti, l.*70, *D.eod.* vel omnib. bonis; ſalva detractiōe *de qua ĩ. propr. tit. Ad l. Falcid.* Falcidiæ, *l.*29, *l.*34 §.2, *eod.* Quæ verò in abuſu conſiſtunt *l.*5 §.1, 2, *de*

2,*de uſufru.ear.rerum.* hoc eſt,uſu ipſo tolluntur aut minuuntur, *l.1,d.eod.tt.* *ut oleum,vinum,frumentum,veſtimenta, pecunia numerata,*uſumfructum communi jure non recipiunt, *§.2,e d.arg. prin.hoc tit. & l.1,D.eod.* S C. recipiũt, quo utilitatis cauſſa cõſtitutum eſt. Ut earum quoque rerum, ſi verè nõ poſſet at quaſi conſtitueretur uſusfructus *l.1,2,3,de uſufr.ear.rer.l.69 ad l. Falcid.* ſub idonea fructuarii cautione, Ut ſi cauſſarum quibus terminari ſolet uſusfr. ulla intervenißet, alia res qualitatis ejuſdem,vel eâ æſtima tâ certa pecunia redderetur, *d.§.2,eo, l.7, de uſufr. ear.* Hoc modo & in his rebus conſtituitur uſusfructus. Jus conſtituti eſt, ut Fructuarius, I. Satiſdet domino proprietatis,Uſurum ſe boni viri arbitratu,*l.13 prin.l.60 §.1, D.eod.l.4 C.eod.t.tit. D.uſufr. quemadm. cau.* II. ut utatur ſecundum cautionem arbitrio boni viri *l.9 prin.& §.2, l.65 prin.D.eod.l.18 §.1,de damn.inf.§.39. S.de rer.diviſ.* non contumelioſè non

injuriosè, *l.27,§.1,D.eod.* III. Et percipiat omnem rei fructum, reditus, obventiones, non ſolum ad neceſsitatem ſed etiam ad voluptatem; eorundemque omnium dominium ſibi adquirat, vel jure gentium vel civili, *l.7,9 prin.l.59 prin.§.1,l.62 prin. D. eod. l. 3, ſi uſusfr. pet.* ex quo primùm perceperit, *§.37, de rer.diviſ.Ş.* cauſam tamen proprietatis deteriorem domino non conſtituat, *l.9,13 §.4,7; l.15 §.1,2,5, l.17 §.1, D.eod.* IV. Et ad neceſſarias in rem impenſas modicamq; refectionem ſuis ſumtibus teneatur, *l.7 §.1,2, D.eod.l.4, de oper. ſervor. l.9 fin. de damn. inf. l.7, C.hoc tit.§.39. Ş. R. D.* V. Quin alij poteſt concedere locare vendere jus ſuum, *l.12 §.2, l.27 §.1, l,38, 39,67, D.eod.* etiam per plurium manus, *l.29 quib.mod.uſusfr.* VI. Non tamen poſsidet rem ſed eſt in poſſeſſione. nec id eò poteſt uſucapere, *l.10 fin. de adqu.rer.dom. l.60 §.1, D.hoc tit. l.8 C.eod.* Amittitur uſusfructus primùm ut ceteræ ſervitutes; Interitu rei,

rei, *l. 5 §. 2, 3, l. 10, 11, quib. mod. uſusfr. l. 20 §. 2 de ſervit. urb. præd.* vel Confuſione, quæ in hac ſpecie peculiariter CONSOLIDATIO dicitur, *l. 17, 27, quibus mod. uſusfr. l. 4, uſufru. quemadm. cav. l. 21 §. 3, de except. rei judic.* vel non utendo, *l. 25, quib. mod. uſusfr. vel. l. 3, ſi uſusfr. pet. l. pen. C. eod. t. tit. l. 13 C. de ſervitut.* Deinde ſpecialiter, I. morte fructuarij *§. pen. eod. l. 3 fin. l. 4, D. eod. quib. mod. uſusfr. l. 6 uſufruct. quemadm. cav. l. 5 de uſufru. l. 57, ſoluto matr. l. 8 de ann. legat. l. 5, de uſu & uſufr. leg. l. 3 l. 12, 16, C. de uſufruct.* proque ea in municipio fine vitę hominis longævi *l. 56, D. hoc tit. l. 8 de uſu & uſufr. leg.* ſeu centum annorum, *l. 21, C. de ſacroſan. Eccleſ. Novel. 9.* vel in civitate aratro inducto, *l. 21, quib. mod. uſusfr.* II. magna capitis fructuarii, hoc eſt maxima & media diminutione, *§. pen. eod. hoc tit. l. 1, quib. mod. uſusfr. l. 2, de uſufr. l. penul. C. de uſufr. l. 8, de ann. leg.* III. cedendo uſumfructum extraneo: *d. §. penul. l. 66, de jure dot.* nec enim diſcedere à per-

ſona poteſt ſine interitu ſui, *l. 15 famil. erciſc.* IV. item tempore ex quo datus fuerit uſusfructus finito, vel exiſtente conditione, *l. 15, 16, quib. mod. uſusfr. l. 5. C. de uſufr.*

DE USU ET HABITATIONE.

Titul. V.

SEQUUNTUR perſonalium ſervitutum duæ reſiduæ ſpecies: uſus & habitatio. Usus vel nudus uſus *id eſt, ſine fructu l. 1 prin. D. eod. princ. & §. 1, hoc tit.* eſt ſervitus perſonalis *l. 1, D. de ſervitut. l. 21, hoc tit.* utendi re aliena, ut bonus paterfamilias uti debet *l. 15 fin. eo.* Et minus eſt quàm fructus *l. 10 §. 3, eod. § 1, hoc tit.* tametſi aliquando fructus in re mediocri vel ſine fructu inutili, ab uſu non poſſit ſeparari, *l. 15 prin. l. pen. eod l. 10 de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.* Videamus quid in ea cauſſa ſit, quæque jura uſuario tribuantur. nam iiſdem planè modis, iiſdemque in rebus adquiritur vel amit-

amittitur ſimplex uſus. quibus adquiritur vel amittitur uſusfructus *prin. hoc tit. l. 1, D. eod. l. 3 fin. de uſufr. t. tit. quib. mod. uſusfr. vel uſus amittat.* Ergo qui uſum habet, nihil ultra habere intelligitur, quàm ut ad uſum quotidianum utatur, *§. 1, eod. l. 12 §. 1, eod.* non ſuum tantum ſed & ſuorum *§. 2, eod. l. 2 §. 1, l. 4 prin. & §. 1, l. 3. 9, 6, 7, 5, 12 §. 1, & ult. D. eod. hoc tit.* non ad abuſum vel compendium transferat *l. 2 prin. l. 12 §. 1, l. 22 fin. eod.* niſi quibus in reb. poſt uſum nihil fructuum nomine ſupereſſet, *d. l. 15 prin. & l. pen. eod.* ſed jus ſuum ad alium non poteſt transferre. ideoque nec locare nec vendere nec gratis concedere ſine ſe, *§. 1, 2, 3, eod. l. 8, 11, eod. l. 10 §. 1, commun. diuidun.* Quandoque largius aliquanto cum uſuario pro dignitate ipſius agendũ eſt *l. 12 §, 1, eod.* quod omne boni viri arbitrio & officio judicis terminari debet *l. 15 fin. l. 22 fin. eod.* Explicatus eſt uſus. HABITATIO vel quod idem eſt uſusfructus aut uſus habi-

tationis, *l.13 C.de uſufr.l.10 §.1,de uſu & habit.* eſt jus habitationis in alieno habendæ *§.5,eod. hoc tit.* Quod effectu idem penè cum uſu *l.10 princ. hoc tit.l.32 de uſufr.* ſpecialem tamen naturam & jus proprium à Juſtiniano ſortitum eſt,*l.13 C.de uſufr.* ut ſc.habitator non ipſe ſolùm degere in habitatione ſed etiam commodare alij poſsit jus ſuum vel locare, *l.1 princ. commod.d.l.13,& §.5,hoc tit.*non donare, *l.10 princ.D.eod.* nec ut tranſeat ad heredem,*d.l.10 princ.& §.2,eod. l.11 C. de uſufr.* nec capitis diminutione vel non utendo amittitur *d.l.10 princ.*niſi hoc poſterius correctum,*per l.13 C.de uſufr.Vultejus.lib.1.c.63.num.15.* Et hactenus quidem de modis adquirẽdi dominium rerum corporalium vel incorporalium jure gentium: ſequitur adquiſitio juris civilis.

DE USUCAPIONE.

Titul. VI.

CIVILI JURE adquiruntur vel ſingulę res vel univerſitas *§.ult.*

per quas

per quas perſ. cuiq. Singulæ res ſunt, ſingulares quæ uno ſpiritu continentur *l. 30 prin. de uſurp. & uſ. cap.* quarum adquiſitionis primum ſpecies, tum cauſæ proponuntur. Species non cujuſlibet, ſed inter vivos tãtum adquiſitionis, *d. §. ult per quas perſ. n.* eæque duæ, uſucapio & donatio. USUCAPIO eſt dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, adiectio *l. 3. de uſurpat. & uſucap.* vel adeptio, *Ulp. fragm. tit. 19. § 7.* bono publico introducta: ne quarũdam rerum diu & ferè ſemper in incerto eſſent dominia, *l. 1. eod. & prin. hoc tit.* neve cui longa & indubitata poſſeſsio debeat aufferri, *§. 2 fin. eod.* Tempus lege definitum antiquitus erat unius anni in mobilibus rebus quocunque loco: biennij in immobilibus, non quolibet ſed in Italico tantum ſolo: hodie in re mobili ubivis triennium, in immobilibus inter præſentes X. inter abſentes XX. annorum, *prin. eod. tt. l. 7, C. quib. non objic.*

long.temp.præſcr. Nunc perſonas conſiderabimus uſucapientes, deinde Res quæ uſucapiuntur, tum uſucapiendi modum. POSSUNT USUCAPERE,.I. Bonę tantùm fidei poſſeſſor *l.10 prin. l.34,36 prin. l.48 D. eod. l.2 §.10,11,l.7 §.6 pro emtore. l.12 §.5, de captiv* poſſidens ex juſto titulo ſeu cauſſa poſsidendi, *l.27,29 l pen.D.eod. l.11,pro emt.l.2,3,pro l gato.§.6, h.eod.tit.* Bona fides in eo conſiſtit, ut exiſtimaverit, rem jure transferri nec eſſe *quàm transferētis* alienam: & traditionis factæ initio tantùm deſideratur, *l.4 §.10,l.15 fin.l.44 §.1,2,D.eod.l.3 §.2 de adqu.vel amitt.poſſ.* tametſi deinde cognoverit alienam,*l.48 §.1,de adqu.rer. dom.*|*l.15 §.2, D. h. tt. l.2 §.8 pro emtore.* Poſſeſſor eſt, qui poſſidet dominii cogitatione,*l.21 C.de furtis.* Juſtus poſſidendi titulus ſeu cauſſa eſt ex qua ſequitur uſucapio *prin.hoc tit. l.24 C. de rei vindic. l.10 C. quod cum eo qui. l.33 §.3,l.4 §.1, D.eod. l.4, pro l gat.* veris enim titulis *l.6 C.de ing n.manum.* & ex

variis

variis cauſsis dominia adquiri ſolet *§.de rer.diviſ.in prin. & §.11, l.1 princ. de adqu.rer.dom*,Error autem falſæ cauſſæ uſucapionem non parit, *§.6,eod.l.* 17,27,29,44 *§,4, l.pen.D.eod.l.11 pro emt. l.2,3,pro l.g.* II. Non poteſt uſucapere qui ipſe ab alio poſsidetur, Ut, *liber homo ſerviens bona fide, l.54 §.ult. de adqu.rer.dom. l.118,R.J. vel captus ab hoſtibus,l.15 prin.l.44 §.7,D.eod.*III.Non neſcius,niſi peculiares eorum res uſucapit,qui in ſua ſunt poteſtate *l.47,* 49 *§.ult.eod.l.2 §.7,l.? fin.pro emt.* Hæc de perſonis. REM ut uſucapi poſſit talem eſſe oportet,ut in ſe nō habeat vitium *§.5,eod.*nam ubi Lex prohibet uſucapionem, bona fides non proficit,*l.24,D.eod.* Prohibet autem lex uſucapionem, I. XII.Tabb. & l.Attinia,Rerum furtivarum; deinde l.Julia & Plautia vi raptarum aut poſſeſſarum; ante quàm in poteſtatem domini heredisve reverſæ fuerint.nam ſi revertantur purgatur vitium *§.2,3, eod.l.4 §.4,l.33,l.35,& ult. D.eod. l.84 de*

furt. l. ultim. vi bonor. rapt. l. 27 de captiv. II. item non poſſunt uſu capi, Res quæ ſunt extra commercium privatorum Ut *ſunt Sacræ religioſæ ſanctæ, publicæ, homo liber, fugitivus, §. 1, et d. l. 9, 45 D. eod. l. 1, C. de ſerv. fugit.* III. non poſſunt res fiſci: niſi ante factam denuntiationem, *§. 4, eod. l. 18, D. eod.* IV. non ſervitutes propter l. Scriboniã: niſi cum ædibus, *l. 4 §. 16, §. ult. l. 10 §. 1, D. eod. l. 14 prin. de ſervit. l. 43 §. 1 de adqu. rer. dom.* tametſi longa conſuetudo & diuturnus uſus auctoritatem præſtent ſervitutum; modo ſint ſine vitio, *l. 1, 2, C. de ſervitut. l. 10 ſi ſerv. vindic.* V. NON RES SUA, *l. 12 §. 5, de capt.* VI. nõ res pupilli, *l. 48 prin. de adq. rer. dom. l. 3 C. de auct. præſt.* VII. non prædia vectigalia, *l. 12 §. 1, de Public. l. 15 §. 13 de damn. inf.* VIII. non donata Præſidi contra l. repetundarum, *l. 48 princ. de adq. rer. dom. l. penul. de repetund.* Aliæ res uſucapionem recipiunt maximè corporales *l. 9 eod. h. tt.* tàm ſoli quàm mobiles *prin. eod. h. tt. &* *§, 2 fin.* An & res

res univerſitatis ? diſtinguitur; pluribus inter ſe corporibus cohęrentibus conſtent, an diſtantibus plurib. vni eidemque nomini ſubjectis. illo caſu procedit uſucapio ex univerſitatis poſſeſsione: iſto non niſi ex poſſeſsione ſingularium rerum *l. 23, 30, D. eo l. 7 §. 8 de adqu. rer. dom.* Illud non intereſt, Unde res pervenerit ad bonæ fidei poſſeſſorem, niſi quod à fiſco accepta olim quinquennij adquirebātur præſcriptione: hodie ex Zenoniana cōſtitutione, nec quinquennii nec ulla: ſed accipiens ſtatim ſecurus eſt ex ipſa traditione. Quod idem jus in iis quæ ab Imperatore vel Auguſta ejus accipiuntur ſervatur *§. ult. eod. hoc tit. l. 2, l. ultim. C. de quadrienn. præſcr.* Sequitur MODUS uſucapiendi; in continuata bonæ fidei per ſtatutum tempus legitimæ rei poſſeſsione *l. 3, D. eod.* Sine poſſeſsione autem, *l. 25 l. 44 §. ult. eod.* vel continuatione poſſeſsionis, uſucapio non procedit *l. 31 §. 1, eod.* Continuatur

poſſeſsio quæ non interrumpitur: non tantum in una eademque perſona, ſed etiam inter defunctum & ſucceſſorem, *§.7, eod. l.20, 31 §.5, l. 43. eod. l.2 §.penul. pro emt.* item inter emtorem & venditorem *§. 8, eod. l. 2 §. ult. l.6 §. ult. pro emtore. l.76. §.1, de contrah. emt.* Interrumpitur, I. aliena uſurpatione, *l.2, D. eod.* II. litis conteſtatione vel libelli oblatione, *l.26 C. de rei vind. l 31, C. de epiſc. aud.* III. dejectione detinentis poſſeſsionem, vel ereptione rei, *l.5, D. eod.* IV. captivitate poſsidentis: ita ut poſtliminio deinde reſtituatur, *l.15 prin. eod. l.23 §. 1, l.19, ex quib. cauſ. maj.* Interrupta autem ſemel amplius non cõtinuatur, ſed de novo exordienda eſt *Vv. ſenb. paratit. D. eod. num.15.*

DE DONATIONIBUS.

Titul. VII.

PRimus adquirendi dominium rei ſingularis modus in uſucapione adhuc fuit: alter in donatione ſequi-

ſequitur. DONATIO dicta à dono tanquam doni datio, *l.35.§.1,de mort. cauſ.* eſt adquiſitio *prin.hoc tit.* ex aliena liberalitate *l.1,de d.nat. l.6 §.7. quæ in fraud. cred.* Et fit inter vivos vel mortis cogitatione *d.prin.hoc tit. l.57 §.1.V.S.* Inter vivos donatio vel Cōmunis eſt vel propter nuptias *l.34. prin.C.eod.* Communis, quæ ob nullam aliam cauſſam fit quàm liberalitatis & munificentiæ exercendæ: Et proprie Donatio appellatur, *§.3.hoc tit.d.prin.& l.29 D.eo.* vel Donatio vera & abſoluta *l.35 §.1, de mort.cauſ.* Cujus ea lex; Ut ſtatim res accipientis fiat, vel conditione (ſi qua appoſita) exiſtente, nec ullo caſu ad donatorem revertatur, *l.1.prin. l 2 §.2. & ult D.eo. l.27,35 §.1, de m.c.don.* Et Perficitur, Sola promiſsione vel voluntatis donatoris teſtificatione, ſiue in ſcriptis facta ſive ſine ſcriptis, *l 2.pri. l.16.20 §.1.eod. & §.2,l.eod.tit.* non nuda ratione *l.26.eod.* niſi major donatio ſolidis quingentis, quæ ex Iu-

ſtin. poſtrema Conſtitutione inſinuationem in acta publica requirit, *§.2, eod.l.34. C.eod. l.pen.fin. eod.d. C.tit.* præterquam ab Imperatore privatis vel à privatis Imperatori facta: quæ monumentis non indiget, *dd.ll. & l. 7, C.de bon. quæ lib. Auth. item & C.eod.* ut nec; in redemtionem facta captivorum, vel rerum mobilium militibus facta ab eor. magiſtro, vel ijs quorũ domus ruina incendióve perierint, *l.36.pen.C.eod.* Facta ergo talitaliter donatio non indiget alio adminiculo, ſed ſuis viribus nititur, *§.2. eod.l.2.C.de inoff.don.* & in ſe neceſsitatem habet traditionis, *d §.2, eod.l.35 §. 4 C.eod.* omninoq; dominiũ rei trãſfert in eum cui donatum eſt, *l.6,14,33 §.1, D.eod.l.42.prin.de m c.donat.* nulloq; caſu revocatur, *§.2.eod.l.6, l.7.C.de cõd.ct. ob cauſ. l.8. C. de obl. & act. l.3, C.de contr.emt.l.35. §.1.de mort.cauſ. don.* niſi expreſsis ejus cui donatũ ſit ingratitudinis cauſsis in donatorem *d.§.2 fin.l.ult. C.de revoc. donat. l.31 §.1, D.hoc tit.* vel

tit vel ſi immodica ſit, in id quod excedit *l.21, e. d. t. tit. C. de inoff donation.*
Tantum de donatione communi.
Donationē PROPTER NUPTIAS primus appellari voluit Iuſtinianus, quæ ante non Propter nuptias ſed Ante nuptias vel Antenuptialis dicebatur *§.32.eod.l.20.C.de don.ant.nupt. Nov.61.c.1.* Eſt autem donatio propter nuptias Græcis ἀντιφέρνη, donatio inter viuos *§.3.eod.* à viro in fœminam propter nuptias, ſecuritatis dotis cauſſa facta: quæ olim niſi ante nuptias non conſtituebatur: poſtea Iuſtini conſtitutione potuit augeri poſt nuptias ſi dotem augeri contigiſſet: hodie ex Iuſtiniani emendatione tàm cõſtitui poteſt quàm augeri, tamq; conſtituro quàm conſtãte matrimonio *d.§.3, l.19, 20, C.de donat. ant.nupt. Nov.22. c.31. Nov.97.c.2.* æqualitate non tantum in lucris ex dote & donatione iſta hodierno jure ſed & in quantitate obſervanda, *Auth.æqualitas.C.de pact.convent.Nov.*

97.prin.c 1. Nov.119 c.1. Hęc de donationibus inter vivos. MORTIS CAUSSA donatio eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionem, *§.1.e d.hoc tit.* Sive imminente periculo, ut res ſtatim fieret accipientis, vel ut ita demum ſi mors fuerit inſecuta: Sive nullo præſentis periculi metu; ſola mortalitatis cogitatione *l.2,8 fin. l.13, 29,35 §.2,l.3,4,5,6, 31 §.2,l.43 D.eod.de m. c.donat.* quæ quidem ſervanda donatio eſt ex pacto conventionis, *l.1. de donation.* quod non juris continet ſed facti quæſtionem *l.13, eod. d.tit.* Præterea ad exemplum legator. redacta eſt hæc donatio, ita ut quodcunq; in his juris id idem ſit in donationibus mortis cauſſa, *d.§.1. l.15 fin. l.17, 35 prin.l.37.de m.c.don. l.3 §.8 de bon.lib.l.1 §.1,Si quid in fraud.* ſive omninò ſit legatū *Nov.87.prin.* etiamq; Falcidiam *de qua j.tt. pecul. ad l.Falcid.* patiatur ipſo jure *l.1 §.3, quod legator. l.77 §.1,d legat.III. l.27,de m.c donat.l.5, 18 C. ad l.Falcid. l.2. C.de m.c.donat.* Abſolvimus

ſoluimus duo genera adquiſitionis rerum ſingularium juris Civilis. Tertium antiquo iure connumerabatur *Jus* ACCRESCENDI; quo ſocio domino ſervi Cõmunis manumiſsi ab altero, pars manumittẽtis accreſcebat: quod in favorem libertatis ſublatum eſt à Juſtiniãno, *§.ult.eod. hoc tit.l.1,2,C.de Comm.ſerv.manum.*

QUIBUS ALIENARE LICEAT VEL NON.

Tit. VIII.

CAUSSAE ADQUISITIONIS duæ proponuntur; ſine qua nõ, & inſtrumentalis: illa alienatio eſt. ALIENATIO autem quivis actus per quem dominium transfertur alicujus rei *l.1.C.de fund. dot. l.67 de cõtr. emt.* vel cauſſa dominij deterior cõſtituitur *Ut uſusfructus datione, hypotheca, pignore, emphyteuſi, ſervitute: niſi quid iſtorum alibi ſpecialiter excipiatur l. ult. C.de reb. alien. l.28 de V.S.* Cui duo conſectaria; I. DOMINUM UNUM-

QUEMQUE SUAE REI POTESTATEM ALIENANDAE LIBERAM OBTINERE, §.41 ꝭ. *de R. D. l. 9. §.3 de adq. rer. dom. l. 12. C. de rei vind. l. 9. C. de Iudæis & cæl. col. l. 2. Si a par. quis man.* Excipitur 1. Maritus qui licet dominus ſit dotis etiam inæſtimatæ, civili ratiõne, *l. 7 §.3, l. 8, 75. 9 §.1, l. 69 §. pen. de jure dot. l. 13 §.2, de fund. dot. l. 23 C. de jure dot. l. ul. C. de ſerv. pigner. l. 21 §.4 ad municip.* cùm naturali permaneat in dominio uxoris, *l. 30 C. de jure dot. l. 75 D. eod. d. tt. l. 71, de evict ion.* tamen alienandæ vel obligandę poteſtatem rei ſoli immobilis non habet; ne muliere quidem conſentiente: primùm ex l. Iuliæ quæ eſt de adulterijs *Hotm. in Comment. verb. jur.* deinde Juſtinianeæ interpolationis prohibitione *d. prin. hoc tit. l. un. §.15 C. de rei ux. act. l. 1 prin. de fundo dotal.* ne ſexus muliebris fragilitas (quæ toto jure favorabilis eſt *l. 20 C. de donat. ant. nup. l. 110. fin. R. I. t. tt. D. & C. ad SC. Vellejan. l. 12 C. qui potiores. §.4, ꝭ. de SC. Tertull.*

Tem. l.) in perniciem ſubſtantiæ earum convertatur, *d. prin. e d. fin. d. l. un. §. penult. fac. l. 4 C. d. Sponſal.* 2. Excipitur Pupillus qui ſimiliter liberam non habet ſuar. rerum ſine tutoris auctoritate alienationem, §. 2, *eod. l. 9. prin. §. 1, de auct. & conſ. tut. l. 5 C. d. eod. tt. l. 11, de adq. rer. dom. l. 15, de ſolut. omb.* Quia pupillorū ratio ad curam publicam pertinet *l. 1 §. 1 qui petant tut. l. 5 §. 5 de admin. tutor.* melius autem eſt coarctare juveniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiãt, qui eos poſt diſperſum expectat patrimonium, *l. ult. §. 1. C. de bon. quæ lib.* Hinc nummos ex alienatione non faciunt accipientis; tametſi ex cauſſa tradant §. 2, *eod. l. 3 prin. ad SC. Maced.* ac ne poſſeſsionem quidem nec naturalem transferunt, *d. l. 11, de adq. rer. dom.* nec ſi ſolvant creditori *d. §. 2, d. l. 9 §. 1*, quo tamen caſu propter utilitatem eorum receptum eſt, Ut ſi conſumti ſint nummi à creditore, ita ut vindicatio pupillis nulla futura ſit,

liberatio eis detur *dd.ll. & l.14 §.ult. de Solution. & liber. l 19 §.1. de reb. cred. d. §. ult. hoc tit.* II. Conſectariũ eſt: EVM QVI DOMINUS REI NON SIT, ALIENANDAE POTESTATEM NON OBTINERE *tot. tit. C. de reb. alien. non alienand.* Excipitur Creditor pigneratitius, qui & pignoris dominus non eſt, *§.1, eod. hoc tit. l.12. de diſtr. pign. l 17 §.9 de ædil. ed ët. l.12 §.1, de furt.* & ex conuentione tamen cum debitore poteſt id alienare, *tot. tit. D. & C. de diſtr. pign. l.4 de pign. act.* immò etiam ſine conventione juris auctoritate *l.2. fin. l. 9 prin. de diſtr.* ſi ceſſetur in ſolutione *l.4, de pign. act.* Quod ne promiſcuè fieret: cautum eſt; Ut aut denuntiatione prius ea de re legitimè facta debitori, aut judiciali ſententia præcedente, tum exacto deinde biénio diſtractio tantùm admitteretur *l. ult. §.1, C. de jure domin. impetr.* Sed hæc hactenus de cauſſa ſine qua non, adquiſitionis.

PER

PER QUAS PERSONAS CUIQUAM ADQUIRATUR.

Titul. IX.

CAUSSA INSTRUMENTALIS adquiſitionis eſt, Perſona per quam cuiq; adquiritur *prin. hoc tit. l. 10 prin. de adq. rer. dom.* eaq; conjuncta vel extranea: conjuncta; poteſtate vel uſufructu vel poſſeſsione: poteſtate; paterna vel dominica: paterna, LIBERI cujuſq; Sexus aut gradus quos habemus in poteſtate, nobis adquirunt, *§.1, eod. d. l. 10. prin. l. 1. prin. Si à parente quis. l. 5. Rem pupilli vel adoleſc.* olim, quidquid ad eos ex quacunq; cauſſa pervenerat *l. 53. de adqu. rer. dom. d. §.1*, exceptis peculijs caſtrenſi & quaſi caſtrenſi: quibus filij famil. patrum, patres exterorum vice fungebantur, *l. 2. de SC. Macedon. l. 98 §.1, de Solution. l. 3 §. 9 de minorib. l. ult. C. de inoff. teſtam. l. 6. prin. l. 7, C. de bon. quæ liber.* hodie diſtinguitur inſuper inter profectitium peculium & ad-

ventitium, illud quoniam ex re patris proficiſcitur, totum ut antiquo jure ad patrẽ pertinet, *§.1, eod l. 6 C. de bon. quæ l b*. hoc, quia ex liberalitate fortunæ vel laboribus filij ad eum peruênit extrinſecus, quoad uſumfructũ quidem patri adquiritur, quo ad proprietatem verò filii ipſius familias manet, *dd ll. & l. 8 prin. d. tt. C. de bon quæ lib. l. ult. C. de legit. hered. l. 1, C. de bon. matern.* Sic fuit adquiſitio, jure patriæ poteſtatis: poteſtatis dominicę jure SERVI quodcunq; nanciſcuntur dominis ſuis adquirunt, *§.1, qui ſunt ſui. l. 1, d. eod. tit. l 1, C per quas perſ.* niſi ſcelere nanciſcâtur *l. 7 §. 4, de bon. damnat.* vel factũ ſit perſonæ cohærens, *§. 2. de ſtipulat. ſerv. l. 3. §. 7, de minorib.* Iure uſusfructus FRUCTUARIUS SERVUS ex duabus cauſsis fructuario adquirit, ex ceteris proprietario. Cauſſæ ſunt, I. Si quid ex operis ſuis, II. Si ex re fructuarij adipiſcatur *§. 4, eod. l. 10 §. 3 l. 37 §. 2, l. 63 §. 3, de adq. rer. dom. l. 63 de Solution.* Poſſeſsionis

ſeſsionis jure, bonæ fidei poſſeſſori adquirunt POSSESSI BONA FIDE ſeu liberi homines ſeu ſervi alieni: ſed iterum ex duabus tantùm iſtis cauſsis; cetera ſibi ſi liberi ſint, dominis ſi ſervi *d.§.4, l.10 prin.& §.4, l.19 prin. l 23 prin.& §.1, l.57 de adq.rer. dom. l.41, de rebus cred. l.44 prin. de uſuc cap.l.7 § ult.pro emtor. l.1,C.de rei vindic.* Per extraneam perſoná nihil adquiritur *§.5, eod. l.73. §.ult. R.J. l.12. de reb. auct.judic.l.3.prin.Quod vi &c.* niſi poſſeſsio per liberum hominem officii cauſſa facientem *l.13, 20 fin.l.24. §.ult. l.53, de adq.rer.dom. l.14.§.ult.de furt. l.1, C.per quas perſon. l.1,8 C.de adq.vel retin. poſſ.* Concludamus nunc per quas perſonas dominiũ cuiquá vel poſſeſsio adquiratur.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

Titul. X.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERGO expoſitis cauſsis adquiredi jure Civili dominium ſingu-

m

larium rerum, ſupereſt quibus modis univerſitas adquiratur, *arg.§.ult.* ſ̃.*per quas perſon.cuiq.§.*11,ſ̃.*R,D.& pri.* ĩ.*de legatis.* UNIVERSITAS eſt totũ *l.*2.*§.*4,*pro emtor.* ex pluribus conſtás diſtantibus inter ſe ſingularibus rebus uni nomini ſubiectis, *l.*30 *prin. de uſurpat.l.*1.*prin.de rei vindic. l.*70 *de uſufruct.l.*208,*V.S.Plutarch. in præcept.matrimonial.præc.*31. cujus adquiſitio vel ex uſitato procedit jure, vel ex jure ſublato. uſitato per quadruplicem in hereditate, bonor poſſeſsione, arrogatione, addictione bonorum *d.§.ult.per quas perſon.* ſucceſsionẽ, *prin.* ĩ. *de ad quis per arrog. prin.* ĩ. *de eo cui lib. cauſ. prin.* ĩ.*de ſucceſſ. ſul latis quæ per bonor.&c.* HEREDITAS eſt ſucceſsio in univerſum jus quod defunctus habuit *l.*62 *R.J.l.*24,208,*V.S.l.*50,*de hered petit.*eaq́; teſtamento ad quẽ pertinet, vel ab inteſtato, *§.ult. per quas perſon.l.*1,*C.de hered. petit.l.*6 *prin.quæ in fraud.creditor.* TESTAMENTUM generaliter eſt teſtatio mentis *prin.eod.*

hoc tt.

hoc tt. & diverſis nominibus appellatur, *l 17 C de teſtam.* aliquãdo Cõteſtatio ſuprema *l.20 §.1 lt.D.eod.* vel, judiciorum ſuorum conteſtatio, *§.13, eod.hoc tt.* teſtatióve, *l.24, D.eod.* item ſuprema ſua, *l.25 §.1, de lib. & poſtum. l 36 § 2, de teſtam.mil. l.77 §.26, de legat. 11. l.3 §.ult. de munerib.* ſupremum judicium, *l.5, teſtam. quemadm.aper. l 36, de leg.111. l.un.de bon. poſſ.ex teſt. m l. l.1. C.de collat. l.5 C.de teſtam.m l.* ſuprema defuncti voluntas, *l.1 prin.ad SC.Trebell.* ſũprema vota, *l 23 fin C.de teſtam.* moderamina ſuæ voluntatis *l.8 C.qui teſtam.fac.* ultima diſpoſitio, *d.l.8, l.28 C.eod.* ultima *l.9 & ult. C qui teſt. fac.* vel poſtrema voluntas *l.5 C d eod.tit.* vel *ſimpliciter*, voluntas, *l.70 d hered. inſtit. l.6 §.1, de bon.poſſ. l.penult.prin.de diverſis.* poſtrema judicia *l.14 C.de donat.inter. l.4, C.qui teſtam.fac. l.15, C.eod.* vel *abſolutè*, judicia ſua *l.1 §.2, ſi à parente. d.l.4 C. qui teſtam. fac.* vel judicium, *l 6 C. eod. l.70 d hered. inſtit. l. 24. d. mil teſtam.* arbitrium teſtantis,

l. 8 C qui teſtam. fac. ultima elogia, *l. 35 fin. l. ult. C. de inoff. teſt. l. ult. C de teſtam. mil. l. ult. C. comm. de manumiſſion.* vel elogia, elogiúmve *ſimpliciter, l. ult. C. Comm. utriuſque. l. 10 C. de ſecun. nup. l. 8, 29 C. h. tit. l. un. §. ult. & paſſ. C. de caduc. tollen.* Sed in ſpecie teſtamentum ab iis quæ pertinent ad cauſſam teſtamenti diſtinguitur, *l. 1 §. 2, 4, & t. tit. de tabb. exhib.* eoque deſcribitur; juſta *l. 12 C. de inoff. teſtam.* voluntatis noſtræ ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit *l 1, D. qui teſtam. fac.* Cujus caput & fundamẽtum heredis inſtitutio *§. 24. J. de legat. arg. §. 10, eo. h. tit.* ex qua teſtamẽtum vires accipit, *l. 10 de codicill.* & inutile eſt ea omiſſa, *§. 2, J. de fideicom. hered. l. 1, de vulg. & pupill.* Deinceps omnis conſideratio teſtamenti vel de jure ipſius erit vel de rebus relictis. jus vel in cauſsis teſtamenti verſabitur vel in heredibus. cauſſæ vel ordinandi teſtamenti erunt vel infirmandi. in ordinando ſpecies teſtamẽtorum, per-

ſona

ſona teſtatoris, & teſtandi forma explicabitur. SPECIES TESTAMENTORUM aliæ ſunt antiqui & antiquatijuris, aliæ ex Conſtitutionibus hodierni uſitati. antiquo jure ſpecies teſtamentorum legitimæ tres reperiuntur, *Ulp. fragm. tit. 20. §.1.* & una ex prætoris edicto. Legitimi teſtamenti ſpecies prima, CALATIS COMITIIS dicebatur: eo quod calatis (*antiqua voce pro convocatis publice*) comitiis in cõcione populi fiebat *Gell. lib.15. c.17*, pacis tantum & togæ temporibus. ſecunda, PROCINCTUM vel in procinctu; *Ulp. fragm. d. loc.* quo in procinctu, hoc eſt, expeditione in prælium exituri utebantur. tertia, PER AES ET LIBRAM; quod per imaginariã familiæ mancipationem & nũcupationem teſtamẽti fiebat, quinq; teſtib. Romanis puberibus, & libripende, eoq; qui Familiæ emtor dicebatur præſentibus, *§.1, h. tit. Ulp. §.1, & §.8, eo.* Ex prætoris jurisdictione teſtamentum ſine mãcipa-

tione fiebat ſeptem teſtiũ conſignatione *§.2, eo. h. tit.* Hæc quatuor genera teſtamentorum alia alio tempore, hodie omnia in deſuetudinem abierunt: & ex Conſtitutionum emendationibus teſtamentum cœpit aliud paganorum *pr. ī. fin. de milit. teſt.* aliud militis dici, *rubr. D. de militis teſt.* vel militare, *t. tit. ſeq. dem l t. teſt.* PAGANORUM, quod fit communi jure *l. 3, de mil. teſtam. pr. & §. ult. ī. ſeq. tit.* idque vel in ſcriptis vel per nuncupatione, *§. ult. eo. §. 1, ī. de m. l. teſtam. Nov. 1. c. ult. fin. l. ult. pr. C. de cod. cill.* IN SCRIPTIS vel ſcriptum teſtamentum fit, quacunq; materia, *§. 12, eo. l. 1 pr. l. 4, de bon. poſſ. ſec. tabb.* quotcunque codicibus, *§. 13, eo. l. 24, D. eo. l. 3 §. 1, de tabb. exhib. l. 1 §. 4, d. bon. poſſ. ſec. tab.* uno eodemque tempore & cõtextu, nullo extraneo actu interveniente, *l. 21 §. ult. D. eo. l. 21 pr. l. 28 C. eod.* teſtibus nõ minus quàm ſeptem, idoneis, *l. 23, D. eo. l. 8 pr. C. qui teſtam. fac. l. 28 §. 1, C. h. tit.* præſentibus rogatis, *l. 21 §. 2, D. eo. Auth. rogati. C. de*

teſtib.

teſtib. & ſubſcriptionem unà cum teſtatore vel octavo teſte, conſignationemque teſtamenti facientibus §. 3, *eo. l.22 §.4, l.23, D.eo.l.8 pr. l.12, l.21 pr. l.28 §.1, C.eo.* Nomine heredis quod p manum teſtatoris vel teſtiũ aliquando ſpeciatim exprimi oportebat, §.4, *h.tit. l.29 C.eo.* hodie, ſive per ſe ſive per alium ritè expreſſo, *Nov.119. c.9, l.21 pr.D.eo.* IDONEI TESTES ſunt, qui poſſunt in teſtamento teſtimonii gratia adhiberi. POSSUNT ADHIBERI, I. cum quib. teſtamenti factio eſt §.6 *h.t.* hoc eſt quibus eſt jus teſtamentum faciendi, §.4, *ī de hered. qual. & dif.* cum quibus verò teſtamenti factio non eſt, adhiberi teſtes non poſſunt, *l.18 pr.D.eo.tit.* conditione ſcilicet inſpecta utrinq; teſtis tẽpore conſignationis *l.22 §.1, eo. §.7, h. tit.l.1, C.eod.* Cui conſequens; Impuberem *§.6, eo. l.20 pr.eo.* Furioſum, *l.20 §.1, eod.* Legibus inteſtabilem, *l.18 §.1, l.26, D.eo.* Quive in poteſtate teſtantis *§.9 eo. l.20 pr. & §.1, eo.* Cuive bonis

interdictũ eſt *d.§. 6, l.18 pr.eo.* Damnatum carminis famoſi, vel adulterii vel repetundarum, *l.18 §.1, l.20 §.5, eo. l.14, 21 pr. de teſtib.* Mutum, Surdum, *d. §. 6 eod.* Et Servum non admitti *eod. & l. 20 §.7, eo.* quia ex iſtis omnibus teſtamenti faciẽdi jus nullus habet, *V.j. Quib. non eſt permiſſ.* II. Sed habent præterea quidam jus teſtamentum faciendi, nec ideò ad teſtimonium magis admittuntur: ut Mulier, *§. 6, eo. l.20 §.6, eo.* & Qui in judicio à teſtimonio dicendo repelluntur, *l.20 §.5, eo. l.15 pr. de teſtib.* & Heres eodem teſtamento inſtitutus, Quíve poteſtatis ei jure conjungitur, *§.10, eo. l.20 pr. D. eo.* & Domeſtici teſtatoris, *§. 9, eo. h. tit.* Quod autem Marcello placuit *in l.20 §.2, eod.* teſtamento filiifam. facto de re caſtrẽſi patrem fratrem intervenire poſſe: rectè ab Imp. tanquã domeſticum teſtimonium reprobatum eſt, *§. 9 fin. D. eo.* De Legatario vel Fideicommiſſario, & Tutore dato eodem teſtamento quæſitum eſt;

Poſ-

Poſséntne teſtamento adhiberi. placuit poſſe, *§.11, eo. l.20 pr. eod.* poſſe etiã plures ex eadem (ſed teſtatori exterâ) domo vel poteſtate, *§.8 eo. l.22 pr. eo. l.17 de teſtib.* poſſe teſtamentarium, hoc eſt ſcriptorem teſtamenti *l.27, D. eo. l.9 pr. de hered. inſtit. l.1 pr. Si quis aliquem. l.3 §. ult. ad SC. Trebell. l.22 §.7, ad l. Corn. de falſ.* poſſe denique qui intelligentiam ſermonis non habet, ſi vel ſenſu percipiat cui rei adhibitus ſit, *l.20 §. ult. D. eo. Paul. Recept. Sent. lib. 3. tit. 4.* Hi ergo ſunt quos poſſumus in teſtimonium teſtamenti vel non poſſumus adhibere. CONTESTATIONEM nõ eſt neceſſe ſingulorum teſtium ſingulari proprióve annulo fieri, ſed uno etiam eodemq́ue ab omnibus, eoq́ue vel alieno vel ipſius teſtatoris fieri poteſt, *§.5, eo. l.22 §.2, D. eo.* Dictum eſt de ſcripto teſtamento. Per nuncupationem vel NUNCUPATIVUM teſtamentum fit ſine ſcriptura, herede nuncupato coram ſeptem teſtib. *§. ult. eo. h. tit. § 1, ỹ. de mi-*

lit.teſtam.l.24,de mil.teſt. l.8 §.3, de bon. poß.ſec.tabb. l.2 C.de bon.poſſ.ſec.tab l.21 pr.de teſtam.l.1 §.3,de hered.inſtit.l.26,29 C.de teſtam. audientib. eodẽ tempore voluntatem defuncti,*l.21 §.2 C.eod.*

DE MILITARI TESTAMENTO.

Titul. XI.

SEQUITUR TESTAMENTUM militis vel MILITARE, quod ſine ulla juris obſervatione *pr.h.tit. eo. l.3, 14 C. h. tit.* nuda militis cõſtat & abſolvitur voluntate teſtantis, *l.1 pr. l.34 fin. l.35,D.eo. l.42,de fideic.libert. l.1, C.h. tit. l.19. C.de pact.* & pleraq; habet ſingularia & propria jura,*l.2,D.eo.*indulta militib. pro privilegio ex Conſtitutionibus principalibus *pr, eo. h. tit.l.1 pr.D.eo.*partim propter nimiam imperitiam *pr. eo.h. tit. l.40, de admin. tutor.* & ſimplicitatem eorum, *d. l. 1, eo. l.3 C.eo.*ob quam jus etiam poſſunt ignorare *l.9 §.1,de juris & facti ign.* arma enim magis quàm jura ſcire militem

item Imp. exiſtimavit *l. ult. C. de jure delib.* partim præmii loco bene merentibus, *l. 26, D. eo.* propter periculũ, *l. un. de bon. poſſ. ex teſt. mil.* In militari teſtamento tria veniunt obſervãda, I. Miles poteſt teſtari proprio & militari jure nõ ſemper, ſed expeditionis tãtùm tempore, & in caſtris: non domi non alibi degens, *pr. & §. 3, eo. l. ult. C. de inoffic. teſt. l. 17 C. h. tit. l. un. de bon. poſſ. ex teſt. mil.* Poſt miſsionẽ vel extra procinctum poteſt ille quidẽ, etiamſi filiusf. & in poteſtate ſit, teſtari de caſtrenſi hodieque quaſi caſtrenſi peculio *§. ult. tit. ſeq. Quib. non eſt permiſſ.* ſed jure communi & paganorum *pr. eo. fin. d. §. 3, d. l. ult. l. 13 §. 1, D. eod.* II. Deinde conſtare oportet certò de voluntate teſtantis, ſive ſcriptis ſive ſine ſcriptura *d. pr. & §. 1, eo. l. 24, 40 pr. eo.* ſive quid novi fecerit, ſive prius teſtamentum non jure factum confirmaverit, *§. 4, eo. l. 15 §. 2, l. 9, 38 fin. D. eod.* ſeu quid vagina aut clypeo aut pulvere inſcripſerit, *l. 15, C. eo. h. titul.*

III. Singularia militaris teſtamenti jura ſunt & alia quidem, ſed iſta præcipuè, 1. Surdus & mutus ita rectè teſtãtur, qui aliàs non rectè niſi ſubdiſtinctione *§.2, eo. §.3, quib. non eſt perm iſſ l.4, D. eo.* item incertus ſui ſtatus *l.11 §.1, D. eo.* & damnatus ex militari delicto, prætérquam ſacraméti perjurio *l.11 pr. eo. l.13 C. eo. l.22 §.1, de legat.* III. 2. Valet teſtamentũ militis non ſolùm expeditionis tempore & in caſtris, ſed annum etiam deinde poſt honeſtam miſsionem, *§.3, eo. l.21, 26, 38 pr. D. eo. l.8 §.4 de inoff. teſt.* tametſi conditio inſtitutionis teſtaméto adſcriptæ extiterit demùm poſt annũ, *d.l.38, §.3 h.tit.* 3. Capitis diminutione minima non fit irritum, *§.5 pen. eo. l. 22, 23, eod.* 4. Non patitur Falcidiæ detractionem, *l.17 §.1. l.t. l.18, eo. d.l.3 §.1, ad SC. Trebell. l.12 C. eo. h. tit. l.7, C. ad l. Falc.*

Qui.

QUIBUS NON EST PERMISSUM FACERE Teſtamentum.

Titul. XII.

SPECIEBUS explicatis teſtamentorum, dicendum eſt de perſonis quæ faciant teſtamenta. FACTIO enim teſtamenti non privati, ſed publici juris eſt, *l.3.de teſtament.* ideoq; ſolus poteſt facere teſtamentum qui jure habet eam factionem, *l.4, D.eod.* Habet autem; Homo liber ſui juris civis Roman. *Ulp.fragm.tit.20.§.13*, pubes *l.5 pr.D.eo.§ ult.ſ.qui & ex qu.cauſ. man.l.4,C.qui teſtam.fac.* integer mente: non corpore licet; illo tempore quo fit teſtamentum, *l.2, D. eo. l.3, C. eo.* Ex contrario, I. Servi qui communionem juris civilis nullam habent, nihilque ſuum, *V. ſ. tit. de jure perſon.* teſtari non poſſunt *l.16 pr. l.19 eod.* nō poſſunt ab hoſtibus Capti, §. *lt.eo, l. 8, D.eo.* vel Obſides: niſi ex reſcripto, *l.11, D.eo.* ſecus in Legato vel Obſeſſo

à latrunculis, *l.1 pr. de legat.* III. non poſſunt errantes vel dubitantes de ſuo ſtatu, *l.14,15,eo.l.1 pr.de legation.* III.
II. Non liberi licet; In aliena poteſtate conſtituti; ne cõſentiente quidem patre *pr.eo.h.tit.l.6 pr.l.16 pr. l.19,20 pr. eo. l.25, de mort.cauſ.donat.l.3 C.h.tit.* niſi de caſtrenſi peculio, vel quaſi caſtrenſi, *d.pr.§.ult.eo. l.6 §.ult.de injuſto rupto. l.1 §.2,ad SC.Trebell. l.3 §.4 de bonor.poſſ. l.ult. C.de inoff.teſt. l.ult. C. h.t. pr.ſ.de milit.teſt.* nec de adventitio q̃dem, *l.11 C. eo: l.ult.§.5, C.de bon.quæ lib.*
III. Hoſpites advenæ poſſunt quidẽ teſtari, ſed non quaſi cives Rom. juſto teſtamento: verùm juxta leges ſuæ civitatis, *Ulp. fragm.d. l. Auth. omnes. C.Comm.de ſucceſſ.* IV. Impuberes ætate nõ poſſunt; ne cum auctoritate quidem ſi pupilli ſint, & cõſenſu tutorum, *l.19 eo. l.1 pr. Tutelæ. l.20 pr. l.10 §.1, de captiv. §.1, h.eo. tit. l.4, C. quib.non eſt permiſſ.* V. nec Furioſi, *§.1, eo. l, 16 D.eo. l.2, de inoff. teſt. l.36, de leg. III. pr.fin. J.de inoff. §.4, de hered. qualitat.*

tat. niſi per inducias furoris, *l.9 C. eo. d.* §.1. nec Dementes vel capti mente *l.17, eo. l.27, de cond. t. inſtit. l.2, de inoff. teſt.* quive cum his cōparantur Quibus Lege bonis eſt interdictum *l.18 eo.* §.2, *h. tit.* VI. nec Surdus Mutus omnimodò poteſt teſtari, poteſt cum diſtinctione. nam ſurdus tantùm, & ſcripto & ſine ſcripto teſtatur: tantumque mutus, ſcripto ſolo. ſurdus ſimul & mutus naturâ, nullo modo teſtatur: morbo ſurdus ſimul & mutus, teſtatur ſcripto, §.3, *eo. l.6* §.1, *l.16 pr. eo. l.8* §.2, *de codicill. l.9* §.1 *unde cogn. l.10, C. qui teſt. fac. l.29 C. de teſtam.* Cæcus præſentibus ſeptem teſtib. & tabulario, rectè nuncupativum facit teſtamentum, *l.8 C. qui teſtament. fac.* VII. non faciunt Damnati ob carmen famoſum, *l.18* §.1, *eo. l.5* §. *pen. de injuriis.* aut ad ferrum, beſtias, metallum, qualemquecunque capitis pœnam, *l.8, eo. l.7 fin. de bon. damnator. l.1, de interdict. & releg.* quod hodie mutatum, *Auth. bona damnatorum. C. de bon.*

proſcriptor. VVeſenb. parat. D. de teſtam. n. ult. idē olim in Deportatis vel Quibus aqua & igni interdictum, *d l 8 §. 1, eo. l. 1 §. 2, de legat.* III. non relegatis. quia nec civitatem nec bona amittunt, *d. l. 8, l. 7 §. ult. de bon. damn.*

DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

Titul. XIII.

SPECIES teſtamentorum & faciendi perſonæ dinumeratæ ſunt: Forma in exheredatione, inſtitutione & ſubſtitutione heredum ſpectabitur. EXHEREDATIO eſt ademtio *l. 17 §. 2, de teſt. mil.* debitæ liberis à parentibus *l. 7 §. 1, unde lib. l. 7 §. 1, C. de curat. furioſ. l. 16 fin. de caſtrenſ. pecul l. 7 pr. de bon damn.* parētibúsve à liberis hereditatis, *d. l. 7 §. 1, und lib. l. 15 de in ff. teſtam. Nov. 1. pr. fin.* Unde alia liberorum exheredatio eſt, *de qua ſola h. tit.* alia parentum. DE LIBERORUM EXHEREDATIONE aliter apud antiquos conſtituebatur, aliter obſervatur

vatur hodierno jure. Antiquitus genera liberorum quinque diſtinguebantur; Sui, poſtumi, quaſi poſtumi, emancipati, adoptivi. Sui, appellatione civili ex leg. 12 tabb. dicebãtur *d. l. 7 pr. de bon. damn.* non tantum filij, ſed etiam nepotes ceteriq́ue *l. 220, V. S.* in familia patris proximi; *l. 3 §. 1, de legit. tutor.* ſeu quos nemo in poteſtate antecedit, *Cujac. parat. D. de lib. & poſt. §. 2, h. tit. §. 2, J. de hered. ab inteſt.* Hi antiquo jure vel inſtituẽdi erant teſtamento heredes vel exheredandi; & hoc diſsimiliter. nam filium, 1. exheredari oportebat nominatim: filiá aliósve deſcendentes licebat & nominatim exheredare, & inter ceteros indefinitè *pr. eo. h. tit. l. ult. C. de liber. præter.* 2. filio prtęerito teſtamentum omninò infirmabatur & quoad inſtitutionẽ & quoad legata fideiq́; commiſſa, *l. 7, 30, 32 de lib. & poſt. l. 1, 12 pr. l. 17, de injuſto, rupt. l. 29 de manumiſſ. teſtam.* ceteris omiſsis omninò quidem non infirmabatur teſtamẽtum,

n

ſcriptis autem heredibus non ſcripti uſque ad certam portionem adcreſcebant, vel à prætore per bonorum poſſeſsionem CONTRA TABULAS adjutabantur, *d.l. ult. d.pr.h. tit.* POSTUMI ſunt, qui poſt humum, hoc eſt mortem ſui patris naſcuntur, *l.3 §.1, de injuſto.* Quorum jus: ut maſculi exheredari tantùm nominatim poſſent, fœminæ vel inter ceteros; legato tamen accepto, *§.1, eo. d.l.ult.C. eo.* omiſsi autem vel hæ vel illi ſine diſtinctione ſexus aut gradus nõ rumpebant teſtamẽtum: niſi fuiſſent jam nati, *eo. §.1, l.10, D. eo. l.3 §.1,2, de injuſto rupto.* QUASI POSTUMI ſunt, vel impropriè poſtumi, qui in Sui heredis locum ſuccedendo quaſi agnaſcendo fiunt poſt teſtamentum factum parẽtibus Sui heredes, *§.2, eo: l.13, de injuſto.* Hi ad exemplum poſtumorum ex l. Velleja vel inſtituendi ſunt, aut exheredãdi ſub diſtinctione, vel rumpunt teſtamentum, *d.d.ll. & l.29 de lib. & poſt. l.3 pr. de injuſto.* EMANCI-

MANCIPATIS civili jure non ſuccurrebatur, ſed omitti ſilentio rectè poterant: jure prętorio ſub ſexus diſtinctione nominatim intérve ceteros exheredari ſolebant, aut CONTRA TABB. bonor. poſſeſsionē adipiſcebantur, *§.3, eo. l.1 §.4, de bon. poſſ. con.tabb. l.10 §.ult. de ventre in poſſ. mitten.* ADOPTIVI reſpectu patris adoptantis quamdiu ſunt in poteſtate illius, nihil diſtant à naturalibus liberis; emācipati pro extraneis ſunt, *§.4, eo. §.8, ſ. de adoption. l.3 §.2, de bon. poſ. con. tab. l.6, de conjung. cum emanc. l.10 pr. & fin. C. de adopt.* Sed intuitu patris naturalis adoptivi pro extraneis ſunt quādiu ſunt in familia adoptiva: pro emancipatis, cum ea eo vivo exierint, *d. §.4, & §.10 ſ. de hered. ab inteſt.* Hęc ita fuerunt antiquo jure: ſed hodierno ſine ſexus aut gradus aut poteſtatis aut agnationis diſtinctione, omnes omninò naturaliter à maribus deſcendentes, vel inſtitui heredes aut nominatim exheredari o-

portet, *§.5,eo. l. ult. C de lib.præt.* niſi à milite; cujus præteritio ſcientis pro juſta exheredatione ſufficit: nō ignorantis *§.6,eo. l.12 pr. l.47 §.ult. de lib. & poſtum. l.9,10, C.de liber. præter.* vel teſtamentum ipſo jure infirmatur; ſed quo ad inſtitutionem tantum, non cetera univerſa *Nov.115.c.3 fin.* Perfœminam autem deſcendentes poſſunt tàm à matre quàm ab aſcendentibus maternis licitè præteriri, teſtamento jure ſubſiſtēte: niſi per Querelam inofficioſi *de qua ĩ. tit. 19, eo.* invertatur, *§.ult. h.tit. l.27 §.ult.l.28 de inoff.teſtam.* In adoptivis autem adoptione ſpeciali diſtinguitur; dati ſint in adoptionem cognatæ perſonæ an perſonæ extraneæ: ut, ſi cognatæ; inſtituendi ſint vel exheredandi patri adoptivo tãquam liberi naturales: ſi extraneæ; pro extraneis (excepta ab inteſtato ſucceſsione) habeantur, *§.5 fi.eo. §.2, s̃.de adoption.l.10 pr.C.de adopt.* Deinde nō poſſunt hodie liberi ullo patris judicio exheredari, niſi cauſſa

ingra-

ingratitudinis expreſsè·teſtamento inſerta; eaque tàm legibus probata, quàm ab heredibus comprobata, *Auth. non licet. C. eo. l. 10 pr. C. de ſecund. nupt. l. 7 pr. de bonis damnat.* CAUSSAE autem EXHEREDATIONIS LIBERORUM ll. proditæ probatæq; ſunt numero XIV. earumque; I. Si quis liberorum parenti manus intulerit; II. Si gravem injuriam; III. Si accuſaverit criminaliter: extra cauſſam perduellionis; IV. Si vitæ parentum inſidiatus fuerit; V. Si cum gravi diſpendio eos detulerit; VI. Si pro carceribus compacto debiti cauſſa, fidejubere noluerit; VII. eósve teſtari prohibuerit; VIII. Si furioſum parentem neglexerit; *Auth. liberi. C. de epiſc. aud.* IX. Si neglexerit redemtionem captivi, *Auth. Si captivi. C. de epiſc. & cler.* X. Si cum maleficis ut maleficus converſetur; XI. Si cum arenariis vel mimis, contra conditionem vel voluntatem patris; XII. Si ſit hæreticus; XIII. Si Fi-

lius cum concubina patris ſuâve novercarem habuerit; XIV. Si Filia minor annis xxv. honeſtis parentum conditionibus conſentire noluerit, luxurioſam vitá ſecuta, *Nov.* 115. *c.* 3, Hæc de liberorum exheredatione: Parentum exheredatio vel præteritio ſimiliter inutile reddit teſtamentum liberorum: niſi ex aliqua ſeptem legitimarum ingratitudinis cauſſarum expreſſa; I. Si Quis parentum liberorum vitæ inſidiatus ſit; II. Si liberos teſtari prohibûerit; III. Si neglexerit furioſos; IV. non redemerit captivos; V. Si ſit hæreticus; VI. Si alterum parentem interfecerit; VII. Si pater cum nuru filii vel concubina rem habuerit, *Novell.* 115. *c.* 4. Sed hactenus de exheredationis forma.

DE

DE HEREDIBUS INSTITUENDIS.

Titul. X I V.

INSTITUTIO HEREDIS eſt juris ſucceſſoris *l.9 §.3,D.eod.* à teſtatore facta deſignatio *d l.9 §.1,2,l.62 §.1,eod.*vel declaratio *§.1,* ſ̃ *de teſt. milit. l.24 D.eod.d.tit.* eſtq́ue plerunque initium teſtamenti *l.1 prin.D.eod.* Quæramus qui poſsint rectè inſtitui heredes, & modum quo poſsint. POTEST INSTITUI heres quilibet quem velit teſtator *l.1, C. qui teſt. fac. poß.*liber, ſervus, *prin. eod. hoc tit. l.31, D.eod.* & hîc ut proprius ita alienus. ſed ut proprius olim cum libertate nominatim inſtitueretur: quę hodie tacitè ſubauditur, *d.prin.eo.l.3.§.1,l.21. §.1,l.22,D.eo.§.2,*ſ̃*.qui & ex quib.cauſ. l. 5 prin. l.ult.pr.C.de neceß.ſerv.* Et alieno inſtituto; eſſet cũ domino ipſius teſtamenti factio quæ cum ipſo non eſſet, *l.31,D.eo.*Excipiuntur ex ſervis, qui inſtitui non poſſunt, I. Servus

pœnæ; quia pro domino pœna eſt *l. 25 §.2, de adqu. vel amitt. hered. l.17, de pœnis.* II. Proprius ſervus adulterii cũ domina ſua poſtulatus *d, prin. eod l.48 §.2, D. eo.* Poſſunt deinde inſtitui tàm ipſi qui ſunt apud hoſtes quàm ſervi eorũ, *l.32 §.1, D. eod. l.98. de legat.1.* mortui verò inſtituti pars pro non ſcripta habetur, *l.20 §.1, eod.* Poſtumus alienus, hoc eſt, qui natus teſtatori inter ſuos heredes futurus non eſt, *§.26 J. de legat.* olim non poterat inſtitui civiliter; ideoque per bon. poſſ. adjuvandus erat: hodie poteſt, *l. un. C. de incert. perſon. prin. J. de bonor. poſſ. l. 6, de ventre in b. p. mitten.* Idem & olim & hodie in perſonis incertis; notitia noſtra, non ſui natura, *§.27, J. de legat. d. l. un. C. de incert. l.62 §.1, D. eod.* Poteſt extraneus quilibet inſtitui, *l.9, C. eod.* etiam planè ignotus, *l.11, C. eod. §. ult. hoc tit.* poteſt ſurdus, mutus, filiusfamil. *l.1 §.2, D. eod. §.4, J. de hered. qual. & diff.* & cũicunque non jus capiendi ſpecialiter legibus eſt interdictum,

v. t. it.

v.t.tt.D.& C.quibus ut indign. nemo enim cavere poteſt, ne leges in teſtamento ſuo locum habeant, *l.55,de leg.* 1. denique non unus tantum aliquis poteſt uno teſtamento inſtitui: ſed plures, ſed quotcunque voluerit teſtator, in infinitum; etiam civitas vel Reſp. integra, *§.4,eod.l.12 C.eod.* Atque hi rectè heredes inſtituuntur. MODUS INSTITUENDI vel in qualitate verſatur vel in quantitate inſtitutionis. qualitas eſt in tēpore vel conditione adjecta. tempus certum vel incertum. Ex certo tempore vel ad certum facta inſtitutio, ſublata (pro inutili) die pura intelligitur, *§.9 eod. l.34,D.eod.* incertum tempus pro conditione obſeruatur, *l.23, l.62 prin.eod.* Sub conditione fieri inſtitutio non minus quàm purè poteſt *§.9,eod. hoc tit.* eaq; una & ſimplici vel pluribus; conjūctim vel alternatè. & facta ſub pluribus conditionibus inſtitutione conjunctim; omnibus pareri oportet: d ſjunctim; alterutri, *§.11,eod.*

l.5,de condit. inſt. Deficiente verò vel non impleta conditione, pro nihilo eſt inſtitutio *l.8 prin.de cond.inſt.l.2,C. de inſtit. & ſubſt.* niſi fuerit conditio pro non ſcripta: ut eſt conditio impoſsibilis *§.10, eod.l.45, 50 §.1, D.eod.l.16 fin.de injuſto rupto.l.1,l.9,14,20,de condit.inſt.* vel legib. interdicta aut contra bonos mores, *l.un.C.de his quæ pœnæ cauſ. l.9,14,15,27,de cond. inſt. l.2, 20, ad S C.Tertull.l.5 C.de inſtitut.* QUANTITAS inſtitutionis eſt in hereditatis partibus; quæ uno inſtituto in aſſem ſeu in partes, ſolidum complectuntur, *l.33, D.eod.l.19 §.1, de caſtrenſ. pecul.§.5,hoc tit.*pluribus inſtitutis vel à lege definiuntur vel à teſtatore. à lege, ſi teſtator plures ſcripſerit indefinitis partibus: atque tunc æquę intelliguntur *§.6, eod.l.9 §,3.eod.* à teſtatore vel expreſſis omnium partibus vel quorundam non expreſsis. expreſsis in omniũ perſona partibus, teſtator aſſem hereditatis in tot partes ſeu uncias dividere poteſt quot volue-

voluerit *l.13 §.1,4,l.15 §.1, l.16,47,59 §.1, l.78 §.1, D.eod. §.5,eod.hoc tit.* Non expreſsis in omniū perſona partibus, aut deeſt aliquid legitimo (duodecim æqualium unciarum) aſsi: & ad id inſtituti ſine parte admittuntur, *l 17 prin.l.78 §.2,eod.§.6,hoc tt.* aut expleto aſſe, quidam heredes indefinitè facti: & in alium novum veniunt, *l.17 §.2,l.20 §.1,l.53,78 §.2, D.eod.l.ult.de bon.poſſ.ſec.tabb. d.§.6,eod.* aut exceſſo jam aſſe: & quod dupondio vel tripondio deeſt, datum nominatis ſine parte cenſetur, *§.8,eod.l.18,D.eod.* Unde colligitur, Hereditate ex voluntate teſtatoris in quot voluerit ille partes maximè diſtributâ: vi ipſa & poteſtate in legitimas XII. aſsis uncias omnem hereditatem omninò & ſemper redigi. *§.5,8,eod.l,13 §.1,l.87, eod.* Atque ſic fuit exheredatio & inſtitutio heredis.

DE VULGARI SVB-STITUTIONE.

Titul. XV.

SUBSTITUTIO eſt heredis poſt primum inſtitutionis gradū vel ordinem, nova conditionalis inſtitutio, *arg. l.1 prin. l.43 §.2, de vulg. & pupill. Caj, lib.2. inſtit. tt.4. prin.* eaque vulgaris aut pupillaris *d. prin. Caji. arg. rubr. D. de vulg. & pupil. & hoc & ſequ. tit.* VULGARIS, quæ & ſimplex appellatur, *l.1 prin. D. eod.* & directa, *l.5, C. de impub. & aliis.* eſt ſubſtitutio facta in caſum non exiſtentis primi heredis *l.4 prin. l.45, D. eod.* Quæ, I. fieri poteſt totidem gradibus, *prin. hoc tit. l.30, 36 eod.* totidemque perſonis & perſonarum quot volet teſtator *§.1, eod. l.36, D. eod.* II. Et ſi coheredum fiat invicem; Reciproca appellatur, *l.4 prin. D. eod.* exque iiſdem intelligitur partibus facta, ex quibus etiam inſtitutio ipſorum, *l.5, 8 §.1, l.9. 10 princ. l.24, 43 §. ult. D. eod. l.1, C. eod. §.2, hoc eod. tit.* III. de-

III. deníque expirat poſt aditam ab ordinis primi herede hereditatem, tanquam deficiente conditione inſtitutionis, *l.5 C.eod.l.7 prin.de adqu. vel amitt.hered.* & vivo quidem ſubſtituto ſubſtitutio defertur: non etiamſi deceſſerit heredem ejus ſequitur, *l. 9 fin.de ſuis & legit.*

DE PUPILLARI SUBSTITUTIONE.

Titul. XVI.

PUPILLARIS SUBSTITUTIO eſt, facta liberis tantum ſuis ſubſtitutio. eaque vel moribus introducta vel Iuſtinianéa. MORIBUS INTRODUCTA pupillaris ſubſtitutio eſt, facta impuberibus ſuis heredibus, in caſum tàm non exiſtentis primi heredis, quâm exiſtentis & iterũ ante pubertatem defuncti *prin. & §. 4,8, eod.l.2 prin. l.10 §.4, de vulg. & pupil.* Unde, quoniam duos caſus comple ctitur; licet altero quãdoque tantùm expreſſo, *l.4 prin.l.2 §.ult.D.eod.l.4,C.*

eod. Duplex etiam appellatur, *l.1 prin. l.4 prin. l.45, D. eod.* I. Fieri autem hæc ſubſtitutio per ſe, niſi in teſtamento paterno non poteſt, *§.5, eod. l.2 §.1, l.38 §.1, eod.* poteſt vel ſingulis liberorũ, vel quibuſdam, vel qui eorum noviſsimus morietur fieri, *§. 6, eod. l. 34 princ. l.37, 38 princ. D. eod. l. penult. C. eod.* poteſt poſtumis *§.4, eod. l.2 prin. D. eo.* poteſt exheredatis vel adoptatis, *d. l.2, l.10 §.4, D. eod.* non poteſt puberibus, *§. pen. & ult. eod. l.7 prin. eod. l.2, C. eod. hoc tit.* non emancipatis fieri, *l. 41 §.6, D. eod.* niſi à milite, *l.5, l.41 §.3, de teſtam. milit. l.8, C. hoc tit.* poteſt à quolibet vel nominatim fieri vel generaliter *§.7, eod. l.3, 8 prin. l.10 prin. l.31, 43 §. 3. D. eod.* II. Euaneſcit hæc ſubſtitutio; primùm rupto teſtamento principali, *l.2 prin. l.16 §.1, l 22, 26 eod. l.8 §.5, de inoff. teſt. §.5, hoc tit.* vel non adita ex eo hereditate, *l.2 §.2, l.10 §.3, eod.* deinde pubertate heredis filii, *§.1 fin. §.8, eod. l.7, 14, 41 §.6, l.43 §.1, eod.* tùm ſubſtituto prius defuncto *l. penul. D. eod.* Ju-

STINIANEA SUBSTITUTIO quam Exemplarem eâdem dicunt; quoniam ad exemplum illius pupillaris introducta ſit, *§.1, eod. l.9, C. eod.* cum olim à Principe fuiſſet impetranda, *l.43, D.eo.* eſt, ſubſtitutio facta puberib. liberis mente captis vel furioſis vel mutis, *d.l.43, l.9 C.eo. §.1, h.tt.* quæ evaneſcit duobus caſibus; primùm ſi cauſſa propter quam facta ſit ceſſet: deinde ſi agnaſcatur ei cui ſit facta Suus heres, *dd.ll.eod.*

QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMENTUR.

Titul. XVII.

ATQUE de cauſis ordinandorum teſtamētorum dicta hæc ſunto. INFIRMATIO eſt teſtamenti jure facti *prin. & §.5, cod. h.tt.* everſio. eaq; duplex, jure accidens & judicio. jure, vel rumpitur teſtamentum vel irritum fit *§. 5, eod. l. 1, de injuſto, rupto.* RUMPITUR teſtamētum, cum in

eodem ſtatu manente teſtatore, teſtamenti jus vitiatur *§. 1, h. tit.* quod duobus modis contingit. I. Agnatione ſui heredis, facta poſt factum teſtamentum *l. 1, de injuſto rupto. l. 12, de lib. & poſt.* Agnaſcitur Suus heres, vel per naturalem ex matrimonio juſto legitimæ ſobolis procreationem, vel per adoptionem civilem, vel proximiore poteſtatis gradu perſona ſublata poſterioris in gradu prioris ſucceſſione, *§. 1, eo. l. 6 §. 3, l. 8, de lib. & poſt. §. 1, 2. ſ. de exhered. liber.* II. Rumpitur teſtamentum alio novo poſterius ab eodem teſtatore facto riteque perfecto teſtamento, *l. 1, 2, de iniuſto, rupto. l. 27 C. de teſtam. §. 2, 7, hoc tit.* etſi heres in priori purè in poſteriore ſub conditione ſit inſtitutus, *l. 16, de injuſto rupt.* vel ex certis rebus, *§. 3, eod. l. 29 ad S C. Trebell.* vel nemo ex poſteriore heres exiſtat, potuerit modò exiſtere, *d. l. 16. eod. §. 2, h, tit. l. 54 de hered. inſtit.* Ita rumpitur teſtamentum. Sed IRRITUM fit vel in irritum conſtituitur teſta-

teſtamentum duobus item modis: I. Hereditate ex eo nō adita, *l.1, de injuſto rupto. l.181, R. J.* II. Quoties ipſi teſtatori quid cōtingit, quod ſtatum ejus priorem mutet qualicunq; cap. diminutione, *l.6 §.4,5,8, de injuſto, rupto. l.8, de teſtam. §.5, de mutit. teſtam. §.4, eod. h. tt.* Id tamen intereſt, ſi minima cap. diminutione quę per arrogationem contingit irritum ſit factum teſtamentum; quòd ſi deinde teſtator iterum Sui juris & civis Roman. deceſſerit, poſsit ex eo heres bonorum poſſeſsionem SECUNDUM TABULAS petere. contra, ſi manſerit in poteſtate patris adoptivi, aliàmve fuerit capit. diminutionem paſſus, ruptum ſemel teſtamentum poſtea non convaleſcat, *§.6, eod. Ulpian. fragm. tt.23, §.5.* Atque ſic teſtamentum ipſo jure evertitur.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Titul. XIIX.

IUDICIO infirmatur inofficioſum teſtamentum per Querelam inofficioſi. INOFFICIOSUM TESTAMENTUM eſt, factum non ex officio pietatis, *princ. h. tt. eod.* ſed ex injuria malignè circa ſanguinem ſuum judicij illati, *l.* 2, 3, 4 *prin.* 8 *prin. D. eo.* exheredatione vel præteritione iniqua, *d. prin. hoc tit. l.* 22, 30, 31. *C. eod.* QUERELA INOFFICIOSI nihil aliud eſt, quàm cauſſæ propter quam exheredari vel præteriri quis non debuerit, allegatio, *l.* 3, 5, *D. eod.* quæ eadem inofficioſi actio *l.* 15 §. 1, *eod.* quæſtio inofficioſi, *l.* 16 §. 1, *eod.* res inofficioſi, *l.* 8 §. 1, *eod.* querela de inofficioſo, *l.* 10 §. 5, *de bon. poſſeſſ. cont. tabb.* remedium, *l.* 132 *prin. de V. O.* accuſatio, *l.* 11 *C. eo. l.* 6 §. 2, *l.* 27, 31, & *paſſ. D. eod.* ultimum adjutorium appellatur, *l. ult. C. de lib. præter.* quovis alio quàm civili jure *l.* 8 *princ.* *de*

de bonor. poſſ. cont. tabb. ſed non niſi in ſubſidium introducta; cum alio jure ad bona defuncti veniri non poteſt, *§.2, eod. d. l. ult. C. de lib. præterit.* hoc colore, Quaſi non ſanæ mentis fuerit teſtator cùm ordinaret teſtamẽtum, *prin. eod. tt. l. 2, 5, D. eod.* DATUR autem quibus nihil relictum eſt teſtamento, cùm non juſtas offenſionis cauſſas præſtitiſſent, *§, 1, eod. l. 14, D. eo. l. 22, C. eod.* iniquè exheredatis vel præteritis; I. Liberis primum, *d. l. 22, 30, 31, C. eod. & in prin. h. tt. eod.* & naturalibus & adoptivis, *§. 2, eod. hoc tt.* etiam per fœminam deſcendentibus quos neceſſe non eſt antiquo jure inſtituere vel exheredare *l. 5, D. eod.* & nepotib. ex emancipato *l. 7, C. eo.* & poſtumis, non ſolùm Suis, ſed etiam legitimis & cognatis *l. 6 prin. & §. 2, h. tt.* & ſpuriis contra maternum teſtamentum, *l. 29 §. 1, D. eod.* II. Deinde datur Parentibus teſtatorum, *l. 1, 14, 15, D. eo. §. 1, hoc tit. Auth. in teſtamento. C. de ſuis.* III. Tùm fratribus & ſororibus; non ſem

per: ſed turpibus tantùm perſonis vi ce illorum inſtitutis *d.§.1,l.21,27 C. eo.* Ulteriorib. autem cognatis, vel extraneis nõ datur, *l.1,eod. d:l.21 C.eod.* niſi ut herédibus uni ex ſuperiorib. poſt cœptam nec terminatam Querelã defunctõ, *l.6 §.2 l.7,8 prin.eo.l.5,36 fin. C. eod.* neque his quibus aliquid quantumcunque ſit (quanquam mi nimùm ſit) olim quolibet titulo: hodie inſtitutionis tantum *Novel.115. c.3 prin.* relictum eſt. nam his alia ratione conſulitur, ut ad ſupplementum legitimæ partis agere poſsint nõ infirmato teſtamento, *§.3, eod. l.30 cum ſeqq.C.eod.* LEGITIMA vel legitima pars, olim indiſtinctè Quarta fuit bo norum omniũ defuncti mortis tempore: hodie in quatuor aut paucioribus liberis; item parentibus indiſtinctè; triens. in pluribus; ſemis. in fratribus & ſororibus; vetus Quarta, *l. 8.§.6,15,D.eod. Nov.18, c.1. Auth. noviſsima.C.eod.l.6,32,36 prin. C.eod. Alth.lib.1. Juriſpr. Rom.c.21.* ex æquo inter plures

res ſi ſint, dividenda, *d. Auth. noviſsima.§.ult.h.tt.* Conſequenter non datur Querela his qui agnoverint jam aliquo facto judicium defuncti; ſuo, non ſi alieno nomine, *l.8* §.10, 11, *l.* 10 §.1, *l* 12, 30 §.1, *eod.l.8 C.eod,* nec quibus conſulitur alio jure, §.2, *eod.l.23 prin. D.eod.* nec omninò poſt quinquennij præſcriptionem, ab adita ſtatim hereditate (contra maiorem, non minorem annis) computandi, *l.36* §.2, *C.eo.l.2, C.in quib.cauſ.reſtit.non eſt nec.*

DE HEREDUM QUALITATE ET DIFferentia.

Titul. XIX.

ET HACTENUS quidem de jure teſtamenti quod ex cauſsis ordinandi ejuſdẽ vel infirmandi deſcendebat; Sequitur jus heredum. HERES, quãdoq; omnem ſucceſſorem ſignificat, *l.*170, *V.S.* proprie; juris eſt ſucceſſor, *l.9* §.3, *de hered.inſtit.l.37, de adq. vel omitt. hered. l.128* §.1, *R.J.* civi-

lis. *prætorius enim Bonorum poſſeſſor appellatur*, ℸ. *in prin.* & *t. tt. eod.* & *D. de bonor. poſſ.* Idē Dominus appellatur hereditatis, *l. 48 de adqu. vel om. her.* §. *ult. hoc tt. Lucian. dial. Cratetis* & *Diogen.* & eſt vel neceſſarius vel voluntarius, *l. 10* §. *6, quæ in fraud. cred.* Neceſſarius, qui ſive velit ſive nolit, poſt mortem teſtatoris protinus heres fit, §. *1, 2, hoc tit.* idemq; vel neceſſarius eſt in ſpecie vel Suus heres, *prin. eod. hoc tt. l. 12 de teſtam.* NECESSARIUS in ſpecie, eſt ſervus proprius heres inſtitutus §. *1, eod. hoc tt.* quē olim neceſſum erat cum libertate inſtitutũ eſſe expreſſa: hodie tacita ſubintelligitur, *pri.* $\bar{s}$. *de hered. inſtit. l. 5 prin. l ult. prin. C. de neceſſ. ſerv.* §. *2*, $\bar{s}$. *qui* & *ex qu. cauſ.* Suus, vel Neceſſarius & ſuus, eſt proximus in familia ſeu poteſtate defuncti §. *2, eod* §. *2*, ℸ. *de hered. ab inteſt. l. 3* §. *1, de leg. tutor.* eſtq; domeſticus heres, & vivo quoq; patre quodammodo dominus *d.* §. *2, hoc tt. l. 11, de lib.* & *poſt. l. 14, de Suis* & *legit.* Sed his tametſi he-

res

res olim eſſet omnimodo tàm ex teſtamento quàm ab inteſtato, nec ullo pacto ſe poſſet ab hereditate exſolvere, *d.§.2, l.8, de adq. vel omit. hered. l.1 §.3, Si quis omiſſa cauſ. l.5, de cond. & dem*. tamen deinde prætoria humanitate BENEFICIUM ABSTINENDI conſecutus eſt *d.§.2, l.57, 66, l.7, de adq. vel omitt. hered. l.89 de leg.1. l.28 de reb. auct. jud.* quo tametſi ſemel factus heres heres eſſe non deſinat *l.30 §.5, de fideic. libert. l.88, de heredib. inſtit.* non tamen creditoribus hereditarijs paternis teneatur *l.28 de reb. auct. jud. poſſ.* Sic neceſſarius fuit heres. VOLUNTARIUS eſt, qui ſua voluntate heres efficitur, *§. ult. eod. hoc tit.* idem & extraneus dicitur *tt. hoc tit. & paſſ.* & exter; *l.84 de adq. vel omit. hered.* & extrarius, *l.78 §.3, de legat. III. l.36, de bon. libert.* quicunque non eſt in poteſtate defuncti, *§.3, eo. hoc tit.* In hoc propria tria ſunt; I. Ut heres eſſe non poſsit, vel ipſe inſtitutus, vel inſtituto ex eius poteſtate alio: niſi teſtamenti

factionem habeat ſeu faciẽdi ſeu ex eo capiendi, tribus temporibus; facti teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditæ hæreditatis *§.4, eod. l.31,49 §.1, de adq. vel omit. hered.* non impediente ulla medij temporis mutatione, *dd. ll. & l.6 §.2, l.50 prin. l.59 §.4 de adq. vel om. her.* II. Ut adeundi cauſſa vel recuſandi hereditatem, heres habeat Deliberandi beneficium *§.5 eo. tot. tt. D. & C. de jure deliber.* hoc eſt, tempus à judice petitum & ſtatutũ deliberandi, *l.1, 7 prin. l. pen. de jure deliberan. l.9 C. eod. d. tt.* quod hodie ſublatum quidem non eſt: non eſt tamen neceſſarium, non eſt utile. Nam ex Juſtiniani conſtitutione poteſt heres ſine fraude quamvis ſuſpectam hereditatẽ adire, ſi modò intra tres menſes Inventarium conficiat omnium rerum defuncti, præſentibus tabulario alijsq; neceſſariis pſonis. eoq; facto, ultra patrimonij vires nõ tenetur *l. ult. C. de jure delib. §. pen. hoc tit.* III. Ut heres ex inſtitutione nõ

ſit,

ſit, licet maximè inſtitutus, niſi voluntas ei fuerit ſuſcipiendæ quoque hereditatis, *§.ult. eod. l.88, de adqu. vel omit. her. l.6, C.eod.tt.* quoquo eà modo ſeu verbis ſeu re declarata, *d.§.ult. eo.hoc tt.* maximè pro herede gerendo, ſeu gerendo aliquid ſciẽter quaſi heres, *l.20,86 §.2, de adqu, vel omitt.her.* Quod ut facere non teneatur; *l 17. Si quis omiſſa cauſ. l.16, C.de adq.vel om.her.* voluntas tamẽ ejus utriuslibet partis exploràda eſt in judicio *l.2. de off. procur Cæſ. l.9 C.de adquir. vel om. hered.* quàm deinceps mutare non licet, *l. 4.C.de repud.vel abſt.hered.§.5, eo. hoc tt.* licet minor ann. XXV. vt in aliis omnibus, ita & in hac cauſſa ſi ſit læſus in integrum reſtituatur, *d.§.5, eod. l.1, C.de in integr. reſtit. min. tot.tt. C.Si minor ab hered. ſe abſt.*

DE LEGATIS.

Titul. XX.

IUs TESTAMENTI in cauſsis illius & heredibus inſtitutis adhuc fuit: relictæ teſtamẽto res ſunt legata LEGATUM, eſt delibatio hereditatis, qua teſtator ex eo quod univerſum heredis erat alicui quid collatum velit *l.116.de legat.*1.vel eſt, Donatio teſtamento relicta *l.36, de legat.* 11.à defuncto: ab herede præſtanda, *§.1, eod. hoc tit.* vel paullò generàlius; Liberalitas ex teſtamento *l.6, Si cui pluſquã per l.Falc.lic.* Quod olim quadripertitum fuerat; legatũ vindicationis, legatum per damnationem, ſinendi modo, & per præceptionem *§.2, eod. Ulp. fragm. tt.*24 *§.1*, quor. differentia inter ipſa in relinquẽdi formulis, & effectis quibuſdã inde differentibus verſabatur: quibus deinde ſublatis, unũ idemq; & ſimplex legati genus factum eſt, quod verbis quibuſvis effectu eodem relinqueretur

quereretur, *d.§ 2, eod. d. l. Ulp. §. 2, 3, 4, 5, l. 21 C. de legat. l. 11 prin. de legat.* III. *l. 1, 2, C. Comm. de legat.* Itaque de hoc relinquendo primùm videamus, tùm de relicto. in relinquẽdo tria nobis cõſideranda veniunt. primò, Quæ res poſsint legari; deinde Quibus poſſint; tùm Quomodo poſsint; RES POSSUNT LEGARI: I. tàm corporales quàm incorporales *§. 21, eod. hoc tit.* ideoq; jura, ſervitutes, *l. 41. prin. l. 71 §. 5, de legat.* I. *tot. tit. de uſu & uſufruct. leg. & tit. de ſervit. leg.* nomina, *l. 44 §. 4. de leg.* I. *l. 34 prin. l. 59, de legat* III. debiti liberatio vel exactionis dilatio, *§. 13, eod. tot. tit. de liberat. legat.* utilitas qualiſcunq; *l. 54 de legat.* II. factum quod faciat vel patiatur heres, *§. 21 eod. l. 39 §. 3, l. 49, §. 5, l. 66, 108 fin. d. l gat.* I. *l. 11 §. 13; l. 30 §. 3, de leg.* III. II. Res nõ tantùm exiſtens in rerum natura: ſed etiam non exiſtens, extitura tamen quandoque *§. 7, eod. l. 24, de leg.* I. *l. 17, de leg.* III. *l. 7. §. 1, de tritico.* III. Privata alicujus, non publica, cujúſve commer-

cium nō ſit, *Ut res ſacra ſancta religioſa, l.39 §.ult. l.112, de leg.1. l.14 C. de legat. §.4, eod.hoc tit.* vel ei non ſit cui legatum *l.49 §.2, de leg.*11. nam ſi tantum ei non ſit à quo ſit relictum, æſtimatio pro ea præſtabitur, *l.40, de leg.1. l.49 §.1, de legat.*11. IV. Poteſt non tantùm propria, ſed & aliena res *§.4, hoc tit. l.39 §.6, de leg.1. l.30 §.6, de leg.*111. ſcienter legari, *d §.4, l, 21, de probation. l.10, C. hoc eod. tit.* etiam heredis, *d. §.4, l.25 C. de fideicom.* non tamen res legatario ante ſua, *l.84 §.7 l.109 prin. de leg.1. l.66 §.4, de leg.*11. *l.37 prin. de leg.*111. *§.10, eod. hoc tt. l.13, C. eod.* Sed ſi legatarii nō ſit quidem res, ſed ante aditionem hereditatis fiat: diſtinguitur; ut ſi ex cauſſa lucrativa ejus facta ſit, pereat legatum. ſi ex contractu oneroſo, *hoc eſt ultro citroq; obligatorio*, æſtimatio debeatur. *§.6, eod. l.82 prin. l.84 §.1, l.108 §.4, de leg.1. l.66. §.1, de leg.11. l.21 §.1, de leg.*111. Hinc, 1. Si idem legatum ex alio teſtamento conſecutus jam ſit: intereſt rem habeat, an ejus ęſtimationem.

nem . rem habens ; ex poſteriori teſtamento nihil conſequitur: æſtimationem;ad rem agit,*d.* §.6,*l.*34 §.1,*l.*83, 100,*de leg.*I.*l.*67 *prin.l.ult.* §.*pen.de leg.*II. 2.Si uſumfructum legatarius habeat ex lucrativo titulo, proprietatẽ exoneroſo : ad æſtimationem aget proprietatis,§.9 *eod.l.*82.§.1,*de leg.*II. 3. Si pars lucro ejus facta ſit, alteram petet,*d.l.*82,*l.*73 *de leg.*II. 4. Si per errorem res ſua quaſi aliena vel legatarij: vel heredis quaſi ſua legata ſit ; valet utroq; caſu legatum, §.11,*eod.l.*66 §.6, *de leg.*II. V. Res propria alij obligata legari poteſt. Luet autem, *hoc eſt ſolvet* eam *obligatione*, vel heres ſi teſtator ſciens obligatam legavit : vel legatarius ſi ignorans, aut ſi expreſsit ut ille lueret, §.5,*eod.l* 57 *prin. de leg.*I.*l.* 6,*C.de fideicomm.l.*15 *de dote præleg.* VI. debitum creditori legari nõ poteſt: niſi utilitas aliqua repræſentationis, vel alia legatum commendet,§.14,*eo. l.*29 §.1, *de leg.*I. *l.*3 §.2, *l.*7 §. 2, *de leg.*III. *l.*67 *prin.de leg.*II. *l.*28 §.11, *l.*30, *de liber.*

leg.l.1 §.6 ad l.Falcid. l.29 de jure dot. l.19 §.ult. Quando dies leg. Itaque uxori dos tametſi debeatur: rectè relinquitur, ob commoda plenioris teſtamentariæ quam de dote actionis, *§.15, eod. tot.tit. de dot. præleg.* Sed ſi dos quæ non accepta ſit legetur: intereſt generaliter fiat & indefinitè, an expreſſa certa quantitate. priore caſu; nullum eſt legatum. poſteriori; debetur *l.3, l. ultim. C. de falſ. cauſ. d. §.15, eod.hoc tit. l. 6, 8, l. 9, 13, de dote præleg.* In quibuſdam dubium eſt, quæ res an ſint legatæ; vel propter falſam aut generalem demõſtrationem legati, vel augmentum rei accedens. Falſa demonſtratio, legato non nocet, ubi de re conſtat, *§.30, eo. l.75 §.1, de leg.* I. *l. 35 §.2, de leg.* III. *l.10, 18 pr. de auro & arg. leg. l.4, 28, de reb.dub. l.1 §.2, de dote præl. l.25, de liberat.leg.* nõ nocet falſus cauſſæ legandi prætextus *l.21, l.88 §.10, de leg.* II. *l.93 §.1, de leg.* III. *t.tit. C. de falſ. cauſ. adject. §.31. h.tit.* Re generaliter legata; electio legatarii eſt, ut nec optimum

mum eligat nec peſsimum, *§.22, eo. l. 37, 71 pr. l.108 §.2, de leg.*I. *l.2, de opt. vel elect. leg. §.22, h.tit.* Sed optione ſpeciatim legatario relicta; olim quidē ipſe tantùm optare poterat, heres ejus non poterat: hodie uterque poteſt. & in diſſenſu plurium, ſortis arbitrium eligitur *§.23, eo. l.2 §.1, l. ult. C. comm. de legat.* Augmentū legato poſt conditum teſtamentum accedens, ſive ex ſe ſive ex facto teſtatoris; ad legatarium pertinet *§.18, 19, eo. l.8 pr. l. 21, 22, 24 §.2, l.62, 63, de leg.*I. *l.10, 39, 65, de leg.*II. *l.16, de leg.*III. *l.14, de auro & argento legat.* Sed in peculio diſtinguitur; augmentum acceſſerit vivo teſtatore, an poſt illius mortem. vivo accedens; omninò legatarii fit: mortuo; ſervo quidem proprio manumiſſo accreſcit, extraneo non accreſcit, ſed apud heredem permanet: niſi ex rebus ipſis peculiaribus augmentum collectum ſit, *§.20, eo. l.8 §. ult. de pecul. legat.* Diximus de rebus legatis. PERSONAS quibus rectè le

gatur oportet habere teſtamenti factionem, non illá faciendi teſtamentum, ſed hanc ex facto capiendi facultatem, §.24, *eo.* §.4, *ſ. de hered. qual. & differ.* capiendi autem vel totum vel partem, *l.* 28 *de leg.* III. *l.* 20, *de mort. cauſ. donat.* quod jus non in ſervo ſi ei legetur, ſed domino ejus inſpicitur *l.* 11, *l.* 12 §.2, *de leg.* I. *l.* 28 § 2, *de leg.* II. *l.* 5, *de ſervit. leg.* itaque proprio ſervo non legatur: niſi cum libertate, *l.* 91 §.1, *l.* 102, *de leg.* I. *l.* 84, *de leg.* II. *l.* 28 *C. de fideicom. l.* 76, *de hered. inſtit.* Servo hæredis purè non rectè legatur, ſub cōditione rectè, §.32, *eo. l.* 116, *de leg.* I. *l* 8 § 1, *de leg.* III. contrà domino rectè à ſervo; & purè & ſub conditione, §. 33, *eo.* II. Pluribus eadem res nō ſolùm pro partibus, ſed pro ſolido quoque rectè legatur, *l.* 16, *de legat.* II. & conjunctim & disjūctim, §.8, *eo. h. t. l. un.* § 10, *C. de caduc. toll.* & plurib. alternatim, *l.* 108 §.3, *de leg.* I. *l. pen. C. de V. S.* Civitatib. quoque & vicis integris, *l.* 73 §.1, *l.* 117, *l.* 122 *pr. de leg.* I. *l.* 2, 20, *de reb. dub. l.* 6 §.1, *de aus*

de auro & arg. l. 5, de leg. III. l. 12, Ut in poſſeſſ.& collegiis: licitis. aliàs oporteret ſingulis collegis legari, *l.20, de reb.dub. l. un. C. de incert. perſon.* & ex pluribus ei qui ſupererit, *l. 11, de rebus dub l.2, C. quando dies leg.* III. Incertæ perſonæ poſtumóve alieno inutiliter olim legabatur: hodie rectè, *§. 25, 26,27, h.tit. t.tit. C. de incertis perſon l.1 §.ult.de leg.III. § 10, J. de fideic.hered.* Sed ſi in demonſtratione perſonę de qua conſtet erratum ſit, nihilominus valet legatum, *§.29 eo.l.5,25,de reb.dub.* Si omninò non appareat cui ſit legatũ, nulli debetur, *l.3 §.5, de adim. vel transf. l.4,10 pr. l.27 de reb.dub. l.18, de uſu & uſufr.* Sequitur MODUS LEGANDI, qui ſublatis antiquorũ ſolẽnib. relinquendi formulis conſiſtit hodie, I. in verbis quibuscunq; tantùm ſignificantibus ſenſum & voluntatem defuncti, directò ſeu (poſt exæquationem *l.1, de leg.1. §.3, h.tit. l.1,2, C.comm.de leg. §.ult. J. de obl.quæ quaſi ex contr.* legatorum cum fideicommiſsis ſingu-

laribus, *Althuſ.lib.1. c.19. V.ĩ.tit.de ſingul.rebus.*) precariò, *§.2;h.tit. l.21,C.de legat. l.11 pr.de legat.*III.*l 2, C.comm.de legat.* Quin nutu rectè legatur ab eo qui poteſt, vel propter morbum (diverſum, ſi naturam) nõ poteſt loqui, *l.21 pr.de legat.* III. II. & vel ab omnib. heredibus vel ab uno vel à quibuſdã legatur, *l.104 pr.& §.3,l.81 §.4, l 96 §.3, l.107 pr. de leg.*I. *l.98, de leg.*III. III. nec tantum poſt heredis (ut olim) inſtitutionem, ſed ante quoque, & intermedio loco, *§.34,h.tit.l.24 C.de teſtam.* IV. tam purè quàm ex tempore *arg. l.pen.C.quando dies leg.* ſed & Poſt mortem heredis aut legatarii, aut Pridie mortis: quod olim ſecus, *§.35,eo.l.un. C.ut actiones & ab hered. l.* 11, *C.de contr. vel comm. ſtipul.* vel ad tempus certũ, *l.ult. C. de legat.* item ſub conditione *l,84 pr.& §.6,de leg.*I. *tot.tit.C.de condit. inſert.tàm legat.quàm fideicom.* vel modo, *t.tit.C.de his quæ ſub modo.* V. Pœnę quoque nomine, h.e. quo magis aliquid faciat vel non faciat heres, rectè re-

ctè relinquitur: cùm olim nullius eſſet momenti relictum, *§.ult.eo.l.un.C. de his q̄ pœn.cauſ.l.1, & t.tit.D. de his quæ pœn.* Tantum de relinquendo legato. Relictū vel manet ita, vel mutatur. manentis EFFECTUS eſt, quòd legatario parit nō ſolùm actionē perſonalem: ſed & in rem actionem, & utilem hypothecariam ſeu Servianam, rerum defuncti nomine, *§.2, h. eo.tit. l.1 pr. l.2,3 §.2, C.Comm. de leg. & fid. l.8 §.2, l.34 §.4, de leg.*1. ad præſtationem ſecundum vires patrimonii, *l.11 §.5, ad l.Falcid. l.1 §.9,10, ad SC.Trebell.* & fructus etiam atque uſuras ex lite conteſtata, *l.1, 2, ult. C. de uſur. & fructib. l.78 §.2, l.84, 87 §.1, de legat.*11. nō ſi nulla mora heredis, *l.23, de legat.*1. Sed ſi res perierit jam legata: ſiquidē ſine mora dolo aut culpa heredis; legatario periit, eoque nomine actio non datur, *l.26 §.1, l.35, 36 §.ult. l.47 §.1,3, l.53 §.2,3,4,5, l.114 §.ult. de leg.*1. *§.16, h. tit. l.6, de auro & arg.* Si una ex pluribus perierit; reſiduæ debentur, *§.17,*

*h.tit.l.22,de legat.*1. niſi reſiduæ acceſſionum tantùm locum obtinent *d.§.* 17,*eo. l.5,de inſtructo vel inſtrum. l.*1, 2, 3, 4,5,*de pecul.leg.*at ſi facto aut culpa perierit heredis, æſtimationem debebit,*l.6,de uſu & uſufr.l.*53 *§.*4,*l.*47 *§.3,de leg.*1.*l.66 §.*2,*de leg.*11. ut ſi legatum à ſe ſervum vel inſcius manumiſerit, *d.§.* 16, *l.*112 *§.*1,*de leg.*1.

DE ADEMTIONE ET TRANSLATIONE Legatorum.

Titul. XXI.

MUTATUR legatum, cujus conditio vel à teſtatore vel à lege poſtquam relictum eſt immutatur. à teſtatore per ademtionem vel trãſlationem. ADEMTIO eſt dati *l.3 §.9 de adim. vel transf. leg.* cuiquam *l.*21, 27 *§.*1, *D.eo.* legati quo minus debeatur *l.*14*pr.eod.*ablatio,*l.*30 *pr.eod.*vel revocatio, *l.*19 *D.eo.* Quæ vel expreſsè fit vel veroſimiliter, *l.* 9, *de his quæ ut indign.*expreſsè; cùm ab eodem quo datum eſt

tum eſt diſertis verbis aufertur legatum, *d. l. 30 pr. & in pr. h. tit.* ejúsve pars, *l. 2, 3 §. 8, l, 9, D. eo. l. 23 pr. C. de legat.* ſive contrariis illis ſive quibuscunq; verbis, *d. pr. eo.* ſive teſtaměto ſive codicillis, *l 9 fin. D. eo. d. pr. h. tit. l. 16 pr. de vulg. & pup.* ſive purè ſive ſub conditione *l. 17 C. de legatis.* Veroſimiliter ademtio fit, ex nuda voluntatis teſtatoris *l. 3 §. 9 D. eo.* mutatæ præſumtione *d. l. 9, de his quæ ut indign.* quæ colligitur, I. ex interpoſitis inimicitiis capitalibus aut graviſsimis inter legatarium & teſtatorem; ſine reconciliatione: non ex levi offenſa, *l. 3, §. ult. l. 4, 13, 22, D. eo. d. l. 9, de his quæ ut indign.* II. vel ex alienatione rei legatæ à vivo etiamnum teſtatore facta *l. 15, 18, 31 pr. eo.* aut nominis legati exactione, *§. 21, ſ. de legat. l. pen. §. ult. D. eo. h. tit.* niſi animo probetur non alienandi feciſſe, *§. 12, de legat. d. l. pen. h. tit. l. 11 §. 11, de legat. III. l. 34 §. 1, de auro & argen. l. 6, C. de fideicomm.* non ex obligatione, *d. §. 12, l. 3 C. de legat.* III. Vel ſi teſtatorem

legatarius capitis accuſarit, *l. 31 §. 2, D.h.tit.* TRANSLATIO eſt legati ab alio alii dati adſcriptio *§.1, h.tit. l.5, 6 pr. l.30. fin. eo.* quæ tacitam in perſona prioris ademtionem continet, *d. l. 5, d. §.1 fin.* & inutilis quoq; perimit tamen legatum, *l.20, 24 §.1, D. eo.*

DE LEGE FALCIDIA.

Titul. XXII.

LEGE MUTATUR legatum, quoties exhauſta legatis ſucceſsio probatur *l. un. C. quorum legator.* minuendo, *l. 25 §. 1, l. 73 §. 2, D. ad l. Falcid.* quaſi hæres in hereditate relictæ nō fuiſſent *l. 24 pr. D. eo.* Quod olim l. Furia & Voconia fiebat, *pr. eo. h. tit. Vid. Hotm. in comment. verb. jur.* hodie l. Falcidia; qua cavetur, Ne plus legare liceat quàm dodrantem totorum bonorum, hoc eſt, Ut ne minus quarta hereditatis eo teſtamento heredes capiant, *l. 1 pr. l. 73 §. ult. D. eo. pr. h. tit. l. un. C. quor. legat. Nov. 1. c. 2 pr.* Quartæ autem Falcidiæ ratio in ſingulis he-

redibus ponenda eſt; ut quilibet ſuæ portionis quartam, univerſi totius quartam hereditatis capiant *l.1 §.9, l. 77, 78, 80 pr. D. eo. l.1 §.1, Si cui plus quàm. §.1, h. tit.* Deinde hereditas æſtimatur, I. ex mortis tempore teſtatoris: eoque; aucta deinceps vel minuta, non minuit non auget Falcidiæ detractionem, *§.2, h. tit. l.15 § 6, l.30 §.3, l.56 pr. l.73 pr. l. 79, 87 §. 3, l. 88 §. 1, eod.* II. detracto æſtimatur ab hereditate prius omni ære alieno *§. ult. eo. l.8, 14 §.2, eo. l. 6, C. eo. h. tit.* Cùm id eſſe bonorum cuiq; intelligatur, quod deducto ære alieno ſupereſt, *l.11, de jure fiſci. l.39 §.1, de V, S. l. 1 lt. de uſu & uſufr. l.2 pr. de collat. l. ult. §.4, C. de bon. quæ lib.* detracta quinetiam funeris impenſa, *d. §. ult. l.1 §. ult. D. eo.* hoc eſt, non ſolùm corporis antequam ſepeliretur, ſed etiam morbi antequam moreretur inſumto cauſſa, *l.14 §.2, l.24, 25, 26, 37 pr. D. & l.3, C. de religioſ. & ſumt. funer.* quia onus hereditarium eſt & æs alienum *l.2 §.14, de hered. vel act. vend. l.*

19 *d. in rem verſ. l.18, de r. lig. oſ.* deniq; pretiis detractis ſervorum manumiſſorum *d. §. ult. eo. h. tit.* propriorũ, non & alienorum, *l.34, D. eo. h. tit.* idq́; favore libertatjs expreſſum eſt, *l. 32 §. ult. D. eo.*

DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBUS, & ad Senat. Conſ. Trebellianum.

Titul. XXIII.

ADHUC teſtamẽti ſpecialis in jure & reb⁹ relictis doctrina fuit: quæ pertinent ad cauſſam teſtamenti ſunt fideicommiſſa & codicilli, *l. 1 §. 2, 4, & t. t. de tabb. exhib.* FIDEICOMMISSUM eſt quod non civilibus verbis, *hoc eſt recto ſeu directo jure, §. 2, h. tit. Caj. l b. 2. tit. 7, pr.* ſed precativè relinquitur: nec ex rigore juris civilis ꝓficiſcitur, ſed ex volũtate relinquentis, *Ulp. fragm. tit. 25. pr.* Indeq; nomen habet, quòd fidei heredum commiſſum à fide eorum penderet, nulloq; vincu-

vinculo juris, ſed tãtùm pudore eorum qui rogarentur contineretur §. 1,12 *eo.h.tit.* primus D. Auguſtus ex perſona L. Lentuli ad neceſsitatem juris illud retraxit, *d.§.12,eo.pr.j.de co- d·ıll.* Ex quo deinde fideicommiſſa ſic frequẽtari cœpta, ut I. non ſolùm purè, ſed etiam ſub certo die vel con ditione relinquerentur, *§.2, eo. arg. l. penul.C.quan.d es legati.l.ult.C.de legat.* II. non ſolùm teſtamento, ſed etiam codicillis, *l 13 §.1,de jure codicill. §.2 j.de codıcill:* & ab inteſtato, *§.10,j.eo.l.114 §. 1,de l g.1. l.1 §.ult.de leg.III. l.1 §.2, l.6 §.1, ad SC.Trebell.l.3,5,C. eo. d.tit.* III. & tã ab herede rogato, quã ab eo cui quid reſtitutum eſſet fideicõmiſſario, vel legatario, *§.11,eo. §.12,eo.pr.j de ſingul. reb.per fideic.relict. l.78,l.94 pr. de leg.1. l. 17 §.2,ad Trebell.* IV. tamque idipſum quod cui relictum eſſet, quàm pars aliqua ejus, aut omninó alia res, *§.2, 8,11,eo. l.94 §.2,de legat.1. l.70 §.1, de legat.II.* modò, ne plus quiſquam rogaretur quàm ipſe à rogante percepe-

rit reſtituere, *§.* 1, *ȷ̃.de ſingul. reb.l.*17 *pr. ad SC.Treb.l'un.* vel non rogaretur is qui nihil ipſe habet à teſtatore, *d.l.*94 *§.ult.l.*96 *§.*2, *l.*97, *de legat* 1. *l.*3 *§.*1,3, *l.*6 *§.*1, *l.*37 *pr. d. l gat.*III *l.*2 *pr.de dot. præ-leg.l.*9, *l.*31, *C.d. fideicom.l.*1, *C.comm.de leg.* V. idque verbis quibuscunq; exprimentibus ſatum ſenſum teſtatoris, *l.*19 *§.*1, *ad Trebellian. §.ult.* *ȷ̃.de Singul.rebus. Ulp.tit.*25. *§.*1, *l.*115, *l.*118, *de legat.*1. *l.*67 *§.*8 *de leg.*II. magis enim voluntas in fideicommiſsis defuncti q̃ verba ſpectantur, *l.*57, *ad SC.Trebell.l.*16, *C.de fideicom. l.pen. de legat.*1. *l.*11 *§.*16, *de legat.*III. *§.*3, *s̃.de legat.* eoq; & epiſtola, & libello, & ſine ſcriptura, atq; etiam nutu relinqui poſſent: modò VI. teſtibus adhibitis non minus quinque, *l.*22 *C.d. fideicõm. l.*5, *C.ad SC. Trebell.§.ult.eo.h.tit.* Quòd ſi omninò in dubium vocaretur fideicommiſsi certitudo; teneretur heres vel jusjurãdum ſuper eo delatum ſubire, vel præſtare fideicommiſſum; & præſtare quoque ſi convictus inficiationis,

dein-

deinde teſtium ſolēnitatem incuſet, *d.§.ult.h.tit.l.ult.C.de fideicōm.* VII. deniq; & hereditas per fideicōmiſſum, & ſingulæ res relinquerentur, *l.16 §.1, ad SC.Trebell.pr.h.tit.& pr.j.de ſingul. reb.* ex qua fideicommiſſum aliud univerſale dictum, aliud ſpeciale, *l.ult. C.de fideicomm.l.ult. C.ad SC.Trebell. d.§.ult.eo.h.tit.Nov.1.c.1.* UNIVERSALE fideicōmiſſum eſt, de univerſitate vel hereditate fideicōmittens reſtituenda *pr.h.tit.eo. d.l 16, l 5 C. ad SC. Trebellian.* tota vel parte, *§.2,8,eo. Caj. l b.2,tit.7 pr.* Ex quo fideicōmiſſarius cui reſtituta hereditas eſt, modò heredis loco modò legatarii, modò utriuſque eſſe incipit. heredis ex SC. Trebelliano, legatarii ex Pegaſiano, utriuſq; jure hodierno, *§.3,4,5,eo.l.5 §.1, quod cum eo qui.* Senatuſcōſulto TREBELLIANO cautum erat, Poſt reſtitutionem ex univerſali fideicōmiſſo hereditatis, actiones hereditarias nō amplius heredi & in heredem, ſed fideicōmiſſario & in eum dari: in ſoli-

dum; ſolida hereditate reſtituta, in partem; partè §.4,6,*eo. l.1 pr.ad SC.Trebellian.* Senatuſconſulto PEGASIANO tria cavebantur; primò, Ut reſtituenti fideicommiſſario perinde liceret quartam partem hereditatis ex hereditate retinere, atque ex l. Falcidia ex legatis retinere conceditur: ſecundò, Ut idem in ſingularium rerum reſtitutione jus eſſet: tertiò, Ut heres ſcriptus recuſans adire & reſtituere hereditatem, cogi poſſet ad totius hereditatis cum omnibus actionibus pleniſsimam reſtitutionē, §.5,6 *eo.h.tit.* Hodie ſublato SC. Pegaſiano omnis auctoritas Trebelliano præſtita eſt; ut ex eo ſolo fideicōmiſſæ hereditates, totę vel pro parte §.8,§.9 *fin.eo.h.tit.*reſtituantur, §. 7,*h. tit.Conſt. Tanta. de confirmat. D.*§.3, & *Conſt. Δέδωκεν.* §.6,*Nov.*1. *c.*1.§.1. & heredi liceat vel ſpōte reſtituere quidquid hereditatis ei relictū eſt, vel ex eo quartam aut quod ad quartam illi deeſt retinere vel repetere, *l.*29, 30 §. *ult.*

ult. ad SC. Trebellian. §.3, §. *quibus mod. teſtamen. infirm.* atque invitus etiam ſi nolit, cogatur adire & reſtituere fideicommiſſario volenti §.7, *h. titul. l.2* §. *ult. de Suis & legitim. l.4, 14* §. 1,2, *l. 27* §.11, *ad SC. Trebellian. l. 17, Si quis omiſſa cauſ. teſt.* Sed hoc diverſimodè. nam deducta retentáve quarta hereditatis; actiones inter heredem & fideicommiſſarium pro rata dividuntur, *l.1* §.9, 11, *ad Trebellian. l. 1, C. eo. d. titul.* non verò deducta quarta; ſed tota hereditate vel ſponte *l.45, 63* §.3, *ad Trebell.* vel coactò reſtituta, *l. 4, l.27* § 11, §.2, *l.64* § *ult e d.d tit. titul.* vel deducta quidem, eáve amplius: ſed ex voluntate defuncti & ex præceptione; §.9, *eo. h. tit. l.86, ad l. Falcid. l.* 58 §.3. *l.72, l.78* §.11, *ad SC. Trebell.* omnes actiones ab herede in fideicommiſſarium tranſeunt, nullo apud illum lucro damnóve remanente, *d.* §. 7,9, *eo. l.27* §.6.8, *l.40, 64 pr. ad Trebell. Nov.1. c.1.* §.1. Sed ex ſingularium rerum fideicómiſſo, Trebellianica non

deducitur. quia in iſto Falcidiæ locus eſt, *arg. l.1 pr. ad SC. Trebell.* à D. Pio etiam ad fideicommiſſa productæ, *l.18 pr. l.15 §.7, l.31, ad l.Falcid.* Atq; hæc de univerſali fideicommiſſo.

DE SINGULIS REBUS PER FIDEICOMMISſum relictis.

Titul. XXIV.

SPECIALE FIDEICOMMISSUM eſt, de ſingulis *prin. & rubr. hoc tit. eod.* vel ſingularibus rebus, *hoc eſt, re vel quantitate certa* reſtituēdis, *l.16 §.1, ad S C. Trebell.* Quod hodie legato per omnia & in omnibus exæquatum eſt, *§.3,35,* ĩ*.de legat. l.1, de legat.1. l. 1,2, C.comm.de legat. §.ultim.*ĩ*.de obl. quæ quaſi ex contr. Althuſ. lib.1. c.19.* ideoq; in rebus fideicommittendis, in perſonis, in modo, in effectu eadem omninò habet quæ legatum, *d. l. 2, C. comm.de leg. §.1, hoc tit.* At in libertate per fideicōmiſſum relicta, duo propria ſunt. prius; quòd Manumiſſus

ex

ex fideicommiſsi cauſſa non fit teſta toris relinquentis, ſed rogati conferentis libertatem libertus *§.2,eod.l.7, C.de fideicomm.lib.l.9 de jure patron.l.29, de bon. libert.* alterum; Libertate alieno ſervo per fideicommiſſum relicta, ſi redimi non poſsit, non extinguitur ideò fideicommiſſum donec occaſio dare ſe poſsit redimendi *d.§.2,eod.l.31 §.ult.de fideic.lib.l.6,C.eod.d.tt.*

DE CODICILLIS.

Titul. XXV.

EX iis quæ pertinent ad cauſſam teſtamenti fideicōmiſſorum doctrina expoſita eſt: codicilli ſequuntur. CODICILLI ſunt, vel Codicillus *l.19,D.de codicill.l.14, 28 §.1, C. de teſtam.l.un.§.1,C.de Latin.lib.* ultima voluntas defuncti *l.ult.§.ult.C.de codicill.* nullam ordinationis ſolennitatem deſiderans, *§.ult eo.h.tit.* Quorum jus ſingulare eſt, nec idem poteſt quod teſtamentum *l.7,C.eod.§.2,h.tt.* in hoc enim hereditas dari adimi civilibus

verbis directò poteſt: in codicillis nō poteſt: niſi per fideicommiſſum, *l.10,D.eo.l.10,27 §.1,de condit.inſtit. l.77, de heredib.inſtit. l.76, ad S C. Trebell. l.5 §.1,C.de neceſſ.ſerv. l.2,4,7, C.hoc tit. l.4, C.quib.ut indign. §.2,eod.h.tit.* non poteſt directa ſubſtitutio, non exheredatio ſcribi, non conditio teſtamentariæ juſtæ inſtitutioni adſcribi, *d.§.2,eo.l.6 prin. D. eod l.7, C. eod.* FIUNT autem ab iiſdem à quibus teſtamenta, *l.6 §.3, l.8 §.1,eod.l.12 §.4,de captiv.* nō ſolùm in ſcriptis ſed etiam ſine ſcripto, *l 3,C.de bon.libert.* intercedentib. utique quinque teſtibus, *l. ult. §.ult. C.hoc tt.* etiam ſine manu & ſigno teſtatoris, *l.6 §.1,D.eod.* aliquando plures *d.l.6,§.ult.h.tt.* aliquando præter teſtamentum, aliquando ſine teſtamento ab inteſtato, *§.1,eo. l.3,8 prin. l. 11,12,13 prin. & §.1,l.16,D.eo.* Præter teſtamentum facti; ſeu ante, ſeu poſt, ſeu unà cum teſtamento; pro parte habentur illius *l.14. D.eod. l.11. teſtam. quemadm.aper.* Et vires ſuas ex eo capiunt,

piunt, eoq́; pereunt pereunte *l.3 §.1,. l.10,14 prin.l.16,eod.* Sine teſtamento facti, ab inteſtato valent. iisque relicta perinde habentur, ac ſi teſtamento fuiſſent perſcripta *l.2 §.1,D.eod.§.1, h.tit.* Exegimus doctrinam teſtamentorum..

*

LIBER TERTIUS.

DE HEREDITATIBUS QUAE AB INTESTATO deferuntur..

Titul. I..

PROXIMUM eſt hereditatis ab inteſtato ſucceſsionem auſpicari, *§.ult. ſ. per quas perſ. cuiq.* INTESTATUS eſt, non tantùm qui teſtamentum omninò non, aut jure non fecit: ſed etiam cujus jure factũ teſtamentum, poſtea ruptum aut irritum fa-

ctum aut deſtitutum *§.7,eod.h.tit.*eſt, nemine ex eo herede exiſtente, *prin. eod.h.tit.l.1 prin. de ſuis & legitim. l.64, V.S l,1,3,ſi tabb.teſtam.null.extab.* Succeſsio ab inteſtato locum nõ habet, niſi teſtamentaria deficiente, *l.8 C. comm.de ſucceſſ.* & vel cognatis defertur cognationis jure, vel jure patronatus patronis. cognati vel ex libertate ſunt vel ſerviliter, *l.10 §.1, de gradib.prim.ĵ.de ſervil. cognat. §.10, ſ.de nuptiis.*cognatorũ ex libertate, primùm ſucceſsio explicatur: deinde gradus cognationis. Succeſsio cognatorũ ex libertate vel civili jure defertur, vel jure prętorio: ciuili hereditas inteſtati ex ll.XII.Tabb.Suis defertur vel agnatis, *prin.ĵ.d leg.agn.ſucc. l.1 §. 7,de ſuis & legit.*utrique verè ſic ſunt, vel inter veros numerantur. SUIS VERE' *v.ſ.lib.2.tt.13.de exheredat. lib.* hereditas ab inteſtato primùm defertur; *§.1,eod.l.1 §.7.de ſuis & leg.l.2, C. unde lib. l.4,11, C.de ſuis & legit. Auth. in ſucceſſione. C.eod.§.1 l.ĵ.de ſerv.cogn.* æſtima

ſtimatis ex eo tempore, quo certum eſſe cœpit aliquem inteſtatum deceſſiſſe, *§.7, eod. §.6, J. de leg. agn. ſucc. Unde, ſi conditio Sui tunc in ſuſpenſo fuerit, propter poſtliminii jus: fuerit & ſucceßio, §. 4, eod. l.1 §.4, D. eod.* maſculis fœminis; cujuſquecunque ex maſculis *nam ex fœminis non ſunt Sui* gradus; & ſolis, & cum proximioribus, *l.1 §.2, eod. l ult. C. de liber. præter. §.5, J. de exher. lib. §.2 & ult. h. tt. Nov. 21. c. 1. Nov. 118. c. 14.* adoptatis & naturalibus: legitimis & legitimatis, *§.2, eod. l.1 §.2, D. eod. l.5, C. eod. §.14, h. tit.* etiam poſtumis; vivo jam inteſtato conceptis, *d. §.2, eod fin. §.7, 8, eod. l, 4, C, eod. tt. l.1 §.6, l.6, 7, D. eod.* & ignorantibus ac furioſis, *l.8, C. eod. §.3, h. tit.* ipſo jure; per dominij quaſi continuationem, ſine tutoris vel curatoris conſenſu, *d. §.3, eod. l.13, D. eo. §. 2, J. de hered. qual. & diff. l.8, de adqu. v. l amitt. hered. l.11, de lib. & poſt l.12 §. ult. de bon. libert. l.1 §.6 de ſucceß. edict. l.7, de inoff. teſtam.* non his tamen quorum patris poſt mortẽ ex perduellione me-

moria fuerit damnata *§.5,h.tt. l.1 § 3, D.eod.* Atque hi verè Sui fuerunt. INTER SUOS vocantur, I. à prætore, emancipati; naturales non adoptivi, *§.11,h.tt.l.3 §.2, de bonor.poſſ.con.tabb. l. 6, de coniung.cum emanc.l.1 §. 3 unde lib. l.3, und.cogn.l.10 pr.fin. C.de adopt.* tàm ſoli quàm cum aliis: vel per bonorũ poſſeſsionem UNDE LIBERI, ſi ſui juris ſint mortis tempore patris naturalis, *§.9,h tt.l.1 § 4,6,l.2,4,5 prin.§.1, Unde lib.l.1 § 2, quis ordo in bon poſſ.* vel per bon poſſeſsionem UNDE COGNATI, ſi iidem ſint in adoptione, *§.10,11,13,h.tt.l.ult.ſi tabb.teſtam.l.1 §.4, de bon.poſſ. cont. tabb.* Hodie emancipatus ut Suus vocatur, *Auth. in ſucceßione. C.de ſuis & leg. Nov.118.c.1.4. §. ult.h.tt.* & qui in adoptione ſunt mortis tempore patris naturalis, ii vel adoptati ſunt ſpecialiter vel arrogati. adoptati, vel à cognato vel ab extraneo. à cognato adoptati, & arrogati priſtina obtinent jura: ab extraneo; ſucceſsionem retinent in hereditate

patris

patris naturalis §.14,*h.tit.l.pen. l. C.de adoptio n.§.2,ſ.de adopt.* III. Vocantur inter Suos ex conſtitutionibus; per fœminam deſcendentes: ſed olim cum diminutione partis tertiæ, ſi cũ inteſtati liberis propiorib. concurrerent,vel partis quartæ; ſi concurrerent cum agnatis, *l.9 C.h.tit.l.19 C. de collation.§.pen. & ult.prin.h.tt. l.4 C. TH.de legit. hered.* hodie ſine diminutione,*d §.ult.eod.l.1 lt.cum Auth.in ſucceſsione.C.eod.hoc tit.Novel.*118.*c*.1. Tantũ de perſonis primæ ſucceſsionis: Quantitas hereditaria primo gradu diſtribuitur in capita, *hoc eſt, ex capitum numero* æqua lance,*l.1.li.C.d. l her. præt.*ulteriori gradu vel miſtis;in ſtirpes, *hoc eſt, ex ſtirpium numero unde deſcendentes oriuntur, l.*1 *§.4, D. eod. l.* 2, 3 *& Auth. ult. C. eod. § 6, & ultim. hoc tit.Novel.*118. *c*.1.

DE LEGITIMA AGNATORUM SUCceſsione.

Titul. II.

SEcundo ſucceſsionẽ ex ll. xii. Tabb. ordine, Agnati vocantur, *l.* 4 *C. de ſuis & legit. l.* 1 *§.* 7, *D. eo. l.* 6, *C. de leg. heredib. prin. eod. hoc tt.* hoc eſt, cognatione per virilis ſexus perſonas quaſi adnati, *l.* 7, *de legit. tut. §.* 1, *§. de leg. agn. tut. §.* 1, *h. tit. l.* 14 *C. de legit. hered. l.* 2 *pr. de ſuis & legit.* proximi; tempore inteſtati *l.* 2, 12, *de ſuis & leg. l.* 10 *prin. de gradib. l.* 5, 6, *C. commun. de ſucceſſ. Nov.* 118 *c.* 3 *§. ult. & h. tt. in prin. & §.* 1, 5, 6, *eod.* & ſi plures ſint uno gradu; omnes æqualiter & in capita, *l.* 2 *§.* 1, *D. eod. Nov.* 118 *d. §. ult. & §.* 5, *h. eod. tt.* ſi deficiat gradus proximus; ſequens inter agnatos non vocabatur, vocabatur inter cognatos: hodie & inter illos legitimo jure, *§.* 7, *eod. l. ult. C. de legit. hered. l.* 2 *prin. de ſuis & legit. l. ultim. §.* 9 *C. de bon. libert.* uſque ad decimum

§. ult.

§.ult.ỹ.de ſucceſſ.cogn. hoc eſt longiſsimum gradum cognationis, *§.ult.ỹ.de ſerv.l.cogn.§.3,eod. h.tt.l.9 prin. und. cognat. Vveſenb.paratit. D.unde legit.nu.3, & unde cogn.nu.4.* tàm adoptivi quàm naturales *l.2 §.2,l.1 §.ult.D.eod.§.2,cod. hoc tt.* maſculi quàm fœminæ; hodierno & veterrimo jure, *§.3,eod l.pen. & ult. C.de ſuis & leg. Nov.l.118. c.4. Auth. poſt ſuos C.de legit.heredib. Auth.poſt fratres,2.C.eod.d.tt.* non mediæ Juriſprudentiæ; qua fœminæ niſi conſanguinitatis jure inter agnatos non admittebantur, admittebantur à prætore inter cognatos cognationis jure, *d. §.3,eod. l.2, v.agnati autem. D. de ſuis & legit.l.14 C.de legit.hered.* Hoc amplius in conſanguineis fratribus ſororib. duplex obſervatio eſt; I. Quòd excludát hi antiquo jure omnes aſcendentes, *l.ult.C.comm. de ſucceſ.l.1 §.7, de ſuis & leg.l.7,unde liber.* novo; miſerationis ratione cum parentibus in capita vocentur, *Nov.118.c.2,3,Novel.127 c.1.* II. Filij fratris ſororis, cum fra-

tre ſorore in ſtirpes hodie admittuntur: olim non admittebantur *l.3 C. de legit.hered.§.4,5,hoc tit. Novel.127 prin. Auth.ceſſante.C.de legit.hered.Novel.118. c.2.3, Auth. defuncto. C. de ſuis & legit.*
INTER AGNATOS alii numerantur veteri jure alii Juſtinianeo. Veteri Pater numeratur filii emancipati, qui ſpeciatim contracta fiducia emancipaſſet *§.ultim.eod. l.10, de ſuis & legit.* quod hodie in emancipando non obſervatur, *d.§.ult.l.ultim. C.de emancip.§.6,ſ.quib.mod.jus patr.pot.ſolv.* Juſtinianeo jure quidam ex conſtitutionibus inter agnatos numerantur, quidam ex Senatuſconſultis *princ.j.de ſucceſſ. cognator.* ex conſtitutionibus filij & filiæ ſororis inter agnatos vocantur *§.4, hoc tit. l.14, C. de legit. bered.* & jure noviſsimo ſublata cognationis & agnationis differentia, omnes cognati, *Novel. 118. c.4. Novel. 158, prin.fin.*

DE

DE SENATUSCONSULTO TERTULLIANO.

Titul. III.

SENATUSCONSULTUM duplex eſt, Tertullianum & Orficianũ. utriq; commune; quòd ſucceſsio ex eo capitis diminutione minima non perimitur *§.2,ꝭ. de S.C. Orfic.l.1 §.7,8, D.ad S C.Tertull. & Orfic.l.11, de ſuis & legit.* cùm jus agnationis eoq; ſucceſſio aliàs perimatur, *d l.11, & §.ult.ꝭ.de leg. agn. tut.§.1, ꝭ de ſucceſ. cognator. l.6, l.7 prin. de cap. minut.* SC. TERTULLIANO ſucceſsio inteſtatorum liberorum defertur matri habenti jus trium numero liberorum ſi ingenua ſit, quatuor ſi libertina *l.2 prin. D.eod. §.2,h. tit.* hoc ideò. quia LL. XII. tabb. nulla inter matrem & liberos ultro citroq; ſucceſsio erat: jure verò prætorio mater cognationis tantùm titulo vocabatur tertio ordine *prin.hoc tit.eod.l.1 prin l.2, Unde cognat.* Sed aliquando mater excluditur iſta ſuc-

ceſsione, aliquádo cum quibuſdam ſimul vocatur. EXCLUDITUR mater, I. Cùm defuncto liberi ſuccedūt heredes vel bonorum poſſeſſores, Sui ſuorúmve numero, primi vel ulterioris gradus, ex maſculis vel fœminis deſcendentes, naturales vel adoptivi, & illi in poteſtate vel emãcipati, *§.3, eod. l.2,5, D. eod. Nov.* 118. *c.1.* II. Cùm pater ſuccedit; naturalis nō adoptivus; nec cùm avus vel ulterior *d. §.3 l.2. §.11, l.3,5, D. eod. l.2 & l. ult. C. eod.* quod hodie mutatū. nam mater & materni aſcēdentes cum patre & paternis in ſtirpes pariter ſuccedunt, *Auth. defuncto. C. eod. Nov.* 118. *c.2.* III. Cùm frater conſanguineus defuncto ſuccedit. nam ſoror cum fratre ſine matre, vel cū matre ſine fratre admittitur *§.3, eod. l.2, §.13. l.7, eod. Nov. 2. prin. & c.3.* Sed ex Juſtiniani priore correctione; mater cum conſanguineo vel cognato fratre, vel fratre & ſorore in capita; cum ſorore in ſtirpes ſuccedebat *§.5 hoc tit. l. ult. C. eod.*

eod. ex poſteriore; fratres ſorores utrinq; tantùm coniūcti ſimul cum matre appellantur in viriles portiones, *Nov.118. c.2. Auth. & cum. C. eod. Nov.22.c.47.* filij defunctorum in ſtirpes *Nov.127.c.1.* IV. Si mater annis major XXV. tutores impuberibus vel curatores idoneos intra annum non petierit, ab impuberum eorum ſucceſsione excluditur, non ab eorum puberum *§.6, eod.l.2 §.15, & ſeqq. D.eod. l 3,6, C.eod.l 2, C.ſi adverſ. del.Et.* SIMUL cum matre VOCANTUR ad ſucceſsionem certi Agnati: ſed ita, ut quæ jus habeat liberorum mater trientem illis conferat hereditatis, quæ nō habeat in trientem ipſa tantùm ſuccedat, *§.5, eod.hoc tt.l.1, & ſeqq. C.TH. de legit. hered.* At hodie mater omnibus agnatis excepta fratrum ſororum perſona præfertur ſine ulla diminutione, *d.§.5, l.ult. C.hoc tit.* ut maximè liberorum jura non habens *t.tt.C.de jure liber.§.4, eod.hoc.tt.* immò non tantùm mater ut ex Senatuſcō-

ſulto, *§.2, eod. hoc tt.* ſed etiam avia & ulteriores, ex conſtitut. præferuntur *d. §.2, Nov. 118. c.2, Vveſenb. paratit. D. eo. n.2,3.* nec refert; mater ſui juris ſit an in aliena poteſtate *l.6. pr. D. eo. §.2, hoc tt.* liberi juſto matrimonio concepti an vulgò quæſiti *§. ult. hoc tt. l. 2. prin. eod.* modò nō ex inceſto damnatoq; complexu *Nov. 89. c. ult.*

DE SENATUSCONSULTO ORFICIANO.

Titul. IV.

ORFICIANO Senatuſconſulto Liberi præferuntur omnibus agnatis matris defunctæ, & legitimā ejus ſucceſsionem primo loco accipiunt, *prin. h. tt. l. 1 §. 1, l. 2, D. eod. l. 1, 4, C. eod.* qui antea citra bonorum poſſeſſionem prætoriam *l. 3. C. eod. hoc tit.* nō adiuvabantur *Vveſenb. paratit. ad SC. Tertull. n. 2. prin. s̃. tt. præc.* Neq; intereſt; ingenua mater ſit an libertina *l. 1. prin. D. ad Tertull.* liberi; legitimi ſint an vulgò quæſiti, *l. 1 §. 2. D. eod l. 5, C. eo.*

§. pen.

§.prin. hoc tit. niſi eſſent ex damnato coitu *Nov.89 c.ult. Vveſenb.cod.paratt. n.ult.* ſui iuris ſint an in alieno conſtituti. mares an fœminæ *d.prin. hoc tit.eod. l.9. D.eod.* ex eodem matrimonio an diverſis *l.4, D.eod. l.4.prin.C.de ſecun.nupt.* primi gradus liberi an ulterioris: quod non SC. ſed conſtitutionibus introductum eſt *§.1, eod. hoc tit. l.3,5, C.TH. de legit.hered.* iiſdemq; hodie; Ut omnes liberi cujuſcunq; ſexus aut gradus ad legitimam matrum hereditatem perveniant, *Nov. 118.c.1.* Atq; hi ſunt qui inter agnatos jure cõſtitutionum vel ex Senatuſconſultis vocentur.

DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

Titul. V.

EXPOSITA ex LL. XII. tabb. & cohærentibus civili ſucceſsione in Suis hæredib. & agnatis: PRAETORIA ſequitur tertio ordine; qua proximitatis nomine, *§,2,4, ult.eod.l.*

1.§.4,5, *unde cognati, l.10. prin. de gradib.* ex tempore delatæ poſſeſsionis, *l.3, 9, eod. & dd.ll.* à prætore COGNATI vocantur, *l.1 pr.l.2.D.eo.pr.h.tt.l.ult.C. eod* ordine ſucceſsivo, *d.l.1 §.5,8,l.2,& ult.eo.* uſq; ad ſextũ gradũ, & ex ſeptimo; natus natáve à ſobrino ſobrina: *§.ult.eod. hoc tit. l.1.§.2, l.pen. D.eod.l.4. prin. de gradib. Paul. recept.ſent. lib.4.tt. 11.fin.* tùm, quãdo nec Sui ſuorúmve numero, nec agnati agnatorúmve numero ſunt qui eos antecedant *l. un. Quis ordo in bon. poſ.t.tt.D.de ſucceſſ. edict.prin.eo. hoc tit.§.13, ſ̃.de hæredit.ab inteſt.§.ult.ĩ.de ſervil.cognat.§.3,ſ̃.de legit. agn.ſucceſſ.* idq; naturali æquitate & ſanguinis potiùs ratione *§.1, eod. hoc tit. §.1, ſ̃.de leg.agn.tut.* quàm jure ullo ciuili, *l.1,2,D.eod. l.ult. C.unde leg. & cogn.* COGNATI autem hîc ſpecialiter ſunt, ſoli per fœminas conjuncti *l.10 §.1,de grad b §.1,de legit.agn. tut.§.2,eod.hoc tt.* aliàs ἐν πλάτει; omnes conjuncti naturâ ex juſtis nuptiis, *l.4 §.2,6, l.10 §.1 de gradib.Cujac.paratit.*

D.hoc

D.hoc.tit.& quaſi ex uno connati, eò quod commune naſcendi principiũ habuerint,*l.1 prin.D.eod.l.4 §.1 l.10.§.1, de gradib.* INTER COGNATOS referuntur, I. Vulgò quæſiti, conſanguineorum & agnatorum reſpectu §.4. *hoc tt. l.2,4,8, D.eod.* II. Agnati minimo capite diminuti: præterquã fratres ſorores emancipati §.1,*eod l.5, D. eod. l.1,5, unde legit.* III. Naturales in adoptionem extraneo dati, §.3.*eod.*§. 13, ĩ.*de hered.quæ ab inteſt.defer.* Hodie ſublata cognationis & agnationis differentia; omnes naturaliter conjuncti ad decimum uſq; vel quemvis longiſsimum gradum §.*ult.hoc tt.* §.*ult.* ĩ.*de ſerv. cognat.* §.3, ĩ. *de leg. agn. ſucceſſ. l.9 prin. Unde cogn.* proximitatis ordine, *d.* §.*ult de ſerv. cognat. l.10 prin.de gradib.* ſecundum perſonarum eodem gradu numerũ in capita vocantur *Nov.*118.*c.3.4, l.3. C. hoc tt. d.*§. *ult.de ſerv.cogn.l.1* §.8, *D.eod.*

De Gradibus Cognationum.

Titul. VI.

Absoluta eſt cognationis ex libertate in tribus ſuccedendi generibus civilis prętoria ſucceſsio: ſequitur graduum dinumeratio cognationis. cognationis illius generaliter & ex natura, non civiliter & ſtrictè ſumtæ. Gradus ſunt ſtemmata cognationũ; *l.9, D.de gradib. & ad fin.* dicti, à ſimilitudine ſcalarum locorumq; proclivium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximũ qui ex illo quaſi naſcitur tràſeamus, *l.10 §.4, D.eod.tt.* Et ſunt alii directo limite alii tranſverſo. directo; ſuperioris ordinis vel inferioris, *l.1.prin. l.9, D.eo.prin.hoc.tt. Nov.118.prin.* Ordo, Limes, Linea eſt graduum à ſtipite proceſsio. Stipes, perſona de cujus cognatione quæritur, *l.10 §.3, D.eod.* Hinc ſuperior ordo, parentum eſt: inferior, liberorum: Tranſverſus, ex

latere ceterorum, *d.l* 1, *&* *l.*10 §.3, *eod. prin. hoc tit.* DINUMERATIO graduũ una regula comprehenditur: QVOT SVNT GENERATIONES TOT SVNT GRADVS. Semper enim generata perſona gradum unum adjicit, §.7.*hoc.tit. d.l.*10 §.3, *eod. quod exemplis* §.1 *&* *ſeqq. eod. hoc tit.* *&* *l.*10 §,5. *&* *t.tt.D.eo plurimis declaratur.* Canonica graduum dinumeratio abhac diverſa eſt, ſed ad matrimonij prohibitionem duntaxat pertinet, nõ jura ſucceſsionis *Vultej.lib.*1.*Juriſpr.c.*8.*Mynſ. de nupt. ad* §.2.*n.*2. *&* *dictum eſt* *s̃. l.b.*1. *tit.*10.*de nupt.*

DE SERVILI COGNATIONE.

Titul. VII.

HVcusQUE ſucceſsio fuit liberalis cognationis. SERVILIS COGNATIO nulla antiqua lege cõputabatur; *prin.eod.hoc tit.l.*1 § 1, *l.*7 *unde cogn.l.ult.*§.10, *C.de bonis libert.l.*10.§. 1, *de gradib.* ne quidẽ poſt manum iſ-

ſionem. *l.7, Unde cogn.* quia communionem juris civilis aut pręrorij ſervus ullam non habet: *l.7 §.1, l.3 §.1, de cap. minut. l.20, Qui teſtam. fac. poſ. l.7, ad l. Corn. de falſ. l.68, de V.S.* quanquam habet juris naturalis; *l.32. de R.J.* quo liberi omnes naſcuntur; *§.2, ş. de jure nat. gent. prin. ş. de libertin. l.2, de natalib. reſtit. l.4. de juſtit. & jur. Nov. 89. c.1.* eoque in nuptiis, quibus pudor naturalis & honeſtas magis quàm civile jus animaduertitur *l.14 §.1, l.42, de rit. nupt. l.197, de R.J.* ratio talis cognationis habeatur, *§.10, ş. de nuptiis. l.14 §.1, de rit. nupt.* Sed ex emendatione Juſtiniani ſervilis cognatio in ſucceſſionibus quoq; computari cæpit. nō omni modo: ſed ſi perſona jure ſervilis cognationis ſucceſſura manumiſsione iam ad libertatem pervenerit. ut ei tunc perinde atque ab ea ſuccedatur, ac ſi in ſervitute nunquã fuiſſet: iſta ſolùm differentia, ut talis cognatio ad quintum duntaxat gradum numeretur; alijs ingenuitatis

&

& libertinitatis ſucceſsionum juribus penè ijſdem, *prin.eod.hoc tit.l.ult. §.10, 11,12, C. de bon. lib. §.3, J. de ſucceſſ. libert. §.2, J. de bon. poſſeſſ. Nov.1. c. ult.§.1.*

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM.

Titul. VIII.

COGNATORUM SUCCESSIO talis fuit: libertis patroni ſuccedunt vel patronatus jure, vel jure adſignationis. Ius PATRONATVS in multis ſpectatur *t.tt. D. & C. de jure patr. Freig.paratit. D.eod.d.tit.* ſed in bonis libertorum plerunq; Hinc ſolum id quãdoq; Jus patronatus per eminentiam nominatur, *l.1 §.3 de legit.tutor. Cuja.in paratit. C.de bon. l.b.* & vel in patroni perſona conſiſtit vel aliorum occaſione patroni. In patroni perſona jus colligitur quadruplex ex hoc titulo. I. Ex ll. XII Tabb. quibus inteſtato & ſine ſuis heredibus naturalib. adoptivis de-

functo liberto, ad legitimam ſucceſſionem patronus & liberi patroni vocantur; teſtato defuncto non vocantur *prin. eod. hoc tit. l. 3 prin. de ſuis & legit. l. 10, 11, 21 §. ult. l. 22, de jure patron. Ulp. fragm. tt. 27 prin.* II. Ex prætorio deſcendit edicto: & naturalibus liberis, Suis, emancipatis ſeu datis in adoptionem non extantibus, vel extantibus, ſed exheredatis; tribuit dimidiam bonorũ liberti patrono per bonorũ poſſeſsionẽ CONTRA TABULAS ubi factò teſtamento deceſſerit, vel UNDE LEGITIMI ubi ſine teſtamento; ut maximè filio relicto adoptivo, *§. 1, eod. d. l 3, de ſuis & legit. tot. tit. D. & C. de bon. libertor.* III. Jus L. Papia Poppæa inductum fuit, ut ex bonis liberti quæ uſq; ad Seſtertium centies mille vel amplius valerent, patronus tàm teſtato quàm inteſtato liberto caperet virilem portionem, ſi pauciores extarent tribus liberis: repelleretur ſi tres aut plures. ſi nulli extarent, vel bona inferiora

riora eſſent prædicta ſumma, priſtinum jus ſervaretur *§.2, eod. l 16, de jure patr l.26 de bon. libert.* Hæc tria jura de libertis quidem in genere ita loquūtur; intelligenda verò ſunt de una tantùm ſpecie libertorum, quæ per manumiſsionem ad civitatem Roman. pervenerat: ſequens ſublatis ceteris, de omnibus, *§. ult. hoc tit. tot. tit. C. de Latin. & tt. de dedit. libert. toll. §. ult. ſ. de libert.* IV. Ex Juſtiniani proficiſcitur cōſtitutione, quę tripartitò diſtinguit ex liberti perſona. nam aut minor is eſt centenario, hoc eſt C. aureorum vel centies ſeſtertium bonis, vel major. & iterum teſtatus aut inteſtatus: habens liberos aut ſine liberis. Minor centenario ſiquidē teſtatus deceſſerit: nihil eſt juris patrono. ſi inteſtatus relictis liberis: illi ſuccedūt. ſi ſine liberis, ſuccedit patronus. Major centenario ſiquidem habet liberos, ei ſuccedunt. ſi nō habet, ab inteſtato patronus in ſolidū ſuccedit, facto teſtamento; in tertiā

partem bonorum §.3, *eod. l.ult.* §.11, *C. de bon.libert.* Hactenus fuit ſucceſsio ipſius pttroni. Occaſione patroni eoq́; deficiente ſuccedunt, I. Liberi ejus proximi gradus *l.3* §.1, *de legit. tut. l.ult. de oper. libert. l.5* §.1, *l.23* §.1, *de bon.libert.* eodemq́; plures, æqualiter §.3, *eod. hoc tt. prin.* ꝯ *de adſignat. libert. l. 2. prin l,5* §.1, *de bon. libert.* nā liberi patronorum in pleriſque manumiſſoris cenſentur jure, *l.8, de adſign. libert.* II. Proximi cognati uſq; ad quintū gradum, *d.* §.3, *eod. l.23* §.1, *de bon. lib. d.* §.11, *C. de bon. libertor.* Atque patronatus jure in bona libertorum ita ſucceditur.

DE ADSIGNATIONE LIBERTORUM.

Titul. IX.

ADSIGNATIO LIBERTI eſt, teſtificatio teſtatoris patroni, cujus ex liberis libertum eum eſſe velit *l.207, de V.S. l.1. pr. D. de adſign. lib.* cōceſſa SC. parenti qui plures habet liberos

beros in poteſtate *§.2, & ult. eod. hoc tit. d. l. 1,* FIT autem proprij tantùm liberti adſignatio, non & paterni *l. 8, D. eod. tit,* proprij autem; tàm maſculi quàm fœminæ, tàm unius quàm plurium, *d. l. 1, & §. 1, hoc tt.* & ejus qui in civitate eſt, & qui apud hoſtes, *d. l. 1 §. 1, eod.* Deinde fit iis tantùm qui ſunt in poteſtate ex juſtis nuptiis quæſiti: aut certe ab iis tantùm qui nō minus duobus in poteſtate alios habēt etiam emancipatis *§. 2, eod. l. 1. prin. l. 9 D. eod.* quoquo ſexu quoquo gradu, *§. 1, eod. l. 3 prin. & §. 1, eod.* nō uni ſolùm ſed & pluribus, *d. l 1, l. 3 fin. l. 4, 5, 12, eod.* Tandem & teſtamento & codicillis; & verbis quibuslibet; vel etiam nutu; tàm expreſsè quàm tacitè; tàm purè quàm ſub conditione; per epiſtolam teſtationem chirographum; ex die non in diem certum *§. ult. hoc tit. l. 1 §. 1 l. 6, 7. 10 prin. l. 13, ult. fin. D. eod.* EFFECTUS adſignationis in eo verſatur, ut libertus uni adſignatus ceteris non deſinat eſſe libertus, *l. 3 §. 5,*

d. b. n. libert. niſi quo ad ſucceſsionis jura quæ ad unum tantùm pertinét, *l.* 1. *pr. l. ult.* §. 1, *D. eod.* & alia quædá *l* 48 §. *ult. de nuptiis h. tt.* & *prin. eo.* Sed ſi is cui facta fuerit adſignatio, repudiaverit eam: vel ſine liberis ſit defunctus: vel in civitate eſſe deſierit; iterũ admittuntur fratres tanquã adſignatione nunqũã intercedéte, *d. l.* 1, *l. ult.* §. 1, *eod. prin. hoc tit.* idem obtinet, revocata per emancipationem vel nuda quamvis volũtate adſignatione, *d. l.* 1 §. 1, *eod,* & §. 2, *hoc tit.*

DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

Titul. X.

PRIMAM ABSOLUIMUS adquiſitionis per uniuerſitaté in hereditatis ex teſtamento vel ab inteſtato ſucceſsione ſpeciem: ſecunda ſequitur in bonorum poſſeſsione. §. *ult. ſ. per quas perſ. cujq.* BONORUM POSSESSIO eſt jus perſequẽdi retinendiq; patrimonij ſive rei, quæ cujuſ-

cujuſq; cũ moreretur fuit, *l 3 § 2. D. de bon. poſſeſſ.* à prætore introducta partim emendãdi & ſupplendi, partim confirmandi juris civilis gratia: ut ne quis ſine ſucceſſore vita fungeretur, *pr in. hoc tit. fin § 3, ſ. de leg. agn. ſucceſſ.* quod omnibus modis valdè proſpiciendum erat, *§. 1, ſ. qui & ex qu. cauſſ.* Bonorum poſſeſsio quædã ordinaria eſt; ex certo & ſtabili jure, quædam extraordinaria; ultimũ eorum quibus novo aliquo jure defertur auxilium, *§. 3. hoc tt. l un. D. Ut ex legibus, ſenatusq; conſult. poſſ.* Ordinaria vel ex teſtamento deſcendit vel ab inteſtato *§. 1, eod. hoc tt. l. 1. § 1, Quis ordo in bon. poſſ. ſerv.* ex teſtamẽto duæ ſunt: prior CONTRA TABVLAS bonorum poſſeſsio; quæ nõ tantum Liberis datur contra teſtamentum parentum iniquè præteritis, *d. § 1, eo. hoc tit. l 1. prin. l. 7 § 10, de bon. poſſ. cont. tab. § 12, ſ. de hered. ab inteſt.* ſed etiam Patronis contra teſtam. libertorum, *§. 1, ſ. de ſucceſſ. libert. t. tt. D. & C. de bon.*

lib. & parentibus exemplo patroni & libertorum, in bonis liberorũ non emancipatorum tantùm ſed & contracta fiducia *v. ſ. quib. modis jus patr. poteſt. ſolv.* manumiſſorum, *tot. tt. D. Si à parēte quis. l. 4. §. 1 Quis ordo in bon. poſſ. l. 29 fin. de teſtam. mil. l. 10, de ſuis & legit.* Altera SECUNDUM TABULAS eſt poſſeſsio, quæ tantùm ceſſante prima *l. 2. prin. de bon poſſ. ſec. tab. l. 2. C. de b. p. contr. tabb.* defertur quibuſcunque jure teſtamento ſcriptis heredibus, *prin. & §. 1, h. tt. t. tt. D. & C. de bon. poſſ. ſec. tabb.* vel jure nuncupatis, *l. ult. C. de codicill. l. 2. C. eod. hoc. tt.* eodem ordine, cauſſa, ratione quibus hereditas deferretur, *l. 2 §. 2 & ſeqq. l. 6, 7, 8 §. 1, l. ult. D. eod.* Atq; hæ ſunt ex teſtamēto duæ bonorũ poſſeſsiones. ab inteſtato plures ſpecies à prætore quondam numerabantur, pauciores hodie à Juſtiniano, *§. 2, eod. h. tt. l. ult. §. ult. C. de bon l bert.* Edicto prætoris prima bonorum ab inteſtato poſſeſſio UNDE LIBERI vocabatur; quæ cum

cùm non ex teſtamento petitum eſt *l.1 §.1,quis ordo in bonor.poſſeſſ.l.9,de lib. & poſtum.l.1,§.1,5,ſi tabb.teſt.null.* proponitur liberis inteſtati, non modò Suis heredib. & quos inter Suos jura numerant,ſed etiam emancipatis, exque emácipatis vel filia natis; æquo jure,pro virili portione, *§.9,11, 15,s̄.de hered.ab inteſtat.§.ult.s̄.de ſervil. cognat.l.1 §.2,3,4,l.5 §.1,& t.tt.D. & C.ſi tabb.teſt. null. extab. unde lib.l.11 C.familerciſc.prin.& §.1,eod.h.tt.l.1 §.2,quis ordo in bon.poſſ.* Secunda, UNDE LEGITIMI, per quam proximi agnati defuncti,& qui ſupra agnatis connumerati legitimi ab inteſtato heredes vocabantur, *s̄. de legit. agn. ſucceſſ. l.2 §.1, & ult.l.3, & t.tt. D.& C.unde legit. l.4 §.2,l.10 §.1,de grad.b.l.2 C.eod.hoc tit.* cùm nulla ſpes eſt de Suo herede, *l.5 §.1,D.unde legit. l.2 princ.l.5.unde cogn.* Tertia, UNDE DECEM PERSONAE, per quam extraneo defuncti manumiſſori (*qui non idem & pater erat naturalis & manumiſſor, V. s̄. lib. 1.*

tit. 12. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit.) præferebantur in ſucceſsione; mater pater, avus avia, filius filia, nepos neptis, frater ſoror defuncti, *§.1, 2, eod. hoc tit. l.1, C. de ſecun. nupt.* Quarta bonorum poſſeſsio erat, UNDE COGNATI, qua proximitatis nomine naturaliter tantùm cognati quive inter eos admittebantur, *t. tit. ſ. & D. & C. unde cognati, l.4 §.2, l.10 §.1, de grad. b. §.1, ſ. de legit. agnat. tut.* Quinta, TUM QUEM EX FAMILIA, quę defuncto ſine liberis & patrono liberto, proximis patroni agnatis deferebatur, *Ulp. fragm. tt. 28. §.6. Theop. Inſt. eo. h. tit.* Sexta, UNDE PATRONI PATRONAE'QUE ET LIBERI ET PARENTES EORUM, quæ tūc obtinebat, cum ex ll. XII. Tabb. iſtis delata ſucceſsio locum nō haberet, *§.1, ſ. de ſucceſſ. lib. Ulp. tt. 29 prin. Theoph. eod.* Septima, UNDE VIR ET UXOR, ad quam deficiēte omni alia legitima vel naturali ſucceſsione mutuò Conjuges vocabantur, *tot. tit. D. & C.*

& C. unde Vir. & Vxor. l.1 prin. un de l b. l.1 prin. quis ord. in bon. poſſ. ſerv. Octava UNDE COGNATI MANUMISSORIS, qua toto priorum in bonorum poſſeſsionem ſuccedentium ordine deficiẽte proximi patronorum cognati veniebant, *Theoph. l. eod.* Sed hic iſte bonorum poſſeſsionum ordo ſic à Juſtiniano interpolatus eſt, ut ejectis ab inteſtato tertia, quinta, ſexta, octaua bonor. poſſeſsionibus, ſolæ quatuor reliquæ Liberorum, Legitimorum, Cognatorum, Viri & uxoris ordine ſuo atque loco conſervarentur, *§.2, eod. h. tit. l. ult. §. ult C. de bon. libertor. Cuj. 20. obſerv. 34.* Speciebus explicatis ordinariæ bonorum poſſeſsionis, quas extraordinaria ultimo loco ſubſequitur, *§.3, h. tit. ∣t. tit. D. ut ex Legibus Senatusq; conſult is, &c.* in poſterum agnoſcendæ poſſeſsionis formam & effectum conſideremus. Forma in tempore agnoſcendi & modo verſatur. TEMPUS bonorum poſſeſsioni agnoſcendę certum

definitum eſt:ne vacua ſine domino diutius hereditaria bona jacerent,& mora creditoribus fieret; *l.1 princ.de ſucceſſ.edict.§.4,eod.hoc tt.* anni ſcilicet tempus in liberis & parentibus propter ſanguinis honorem unius: in aliis omnibus centum dierum, *d.l.1 §. 6,7,de ſucceſſ.edicto. d. §.4, eod. l.2 C. qui admitti.l.4 §.1,quis ordo.l.3 §.ult. de Carbon.edict.* utile tempus in utrisque *d. §.6,& §.6,eod.h.tit. l.2 prin. quis ordo in bon.poſſ. l.5, C.qui admitti.* quo præter lapſo nolente eo cui bonorum poſſeſsio delata ſit vel negligente petere, vel deficiente citius: poſtea non poteſt ab eodem agnoſci, *l.15 §.ult.de teſtam.mil.l.1 §.1,unde lib.d.l.5,C.qui admitti.* ſed illicò ceteris ex eodem gradu petentibus portio eius adcreſcit: aut gradui poſt deficientem totum ſequenti proximo, aut ordini proximo defertur, *§.5,eod.hoc tit.l.1 §.1, 4, de ſucceſſ.edict. l,4. princ. quis ordo in bonor. poſſ.l.1,2,C.de ſucceſſ.edict.* Modus agnoſcendæ bonorũ poſſeſsionis antiquo

tiquo & hodierno jure diſtinguitur. cùm olim pro tribunali ſolēniter petenda decernēdaque eſſet; quædam tantum de plano daretur: *l.3 §. 6, de bon.poß.l.2 §.1, quis ordo in bon.poſſ.l.1,C. commun.de ſucceß.Freig.paratit. D.de bonor.poſſ.nu.4, & tt. quis ordo in bon. poſſ.* hodie quolibet admittentis eam judicio, apud quemcunque judicem intra legitimum tempus volũtatem ſuam declaraſſe ſufficit, *§.ult.eod.h.tt. l.ult. C.qui admitti. l.ult.§.2. C.de curat. furioſ.* EFFECTUS agnitæ bonorum poſſeſsionis eſt, quod tribuit ea quidem commoda & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum quæ ſunt in his bonis, *l.1,3 prin.D.eod. hoc tt.l.penul.fin.de ſeparation.* heredem tamen non facit *prin.eod.h.tt.* *Ulp. tt.* 28. §. 11. tametſi generali hereditatis appellatione bonorum quoque poſſeſsio contineatur *l. 138, l. 170, de V.S.* non enim oportet factum prætoris juri derogare, *l.1, de feriis. l.8 §. 10, de tranſact.l.12 §.2, de Public.in rem act. l.1*

§.8 *de poſtul.l.5 §.10, de rebus eor. qui ſub tut. vel curat. Bod. de Repub. l.b.3. c.5. mihi p.488.* ſed cum prætor cui dat bonorum poſſeſsionem, loco heredis conſtituitur, *d. prin. eod. hoc tt. l.2 & paſſ. D. eod. l.1, de poſſ. hered. pet. l.13 prin. de bon. poſſ. contr. tabb.*

DE ADQUISITIONE PER ARROGATIONEM.

Titul. XI.

DUAS ADQUISITIONUM per univerſitatem ſpecies hucuſq; peregimus: tertia ſequitur in ARROGATIONE, *de qua dictum s. lib 1. tit. 11.* cujus hîc nobis effectus tantùm iterandus eſt. quo per eam non ipſe ſolùm qui arrogatur, ſed etiam liberi ejus ejus familiæ *l.2,15,40 de adoptionib. l.3 prin. de capit. dimin. §.11, s. de adoption.* non ſolùm antiquo jure, ſed etiá hodierno *d. l. pen fin. C. de adopt. §.14 fin. s. de hered. ab inteſt. Vveſenb. paratit. D. de adopt. num.5.* & omnes res ejus pleno jure tranſeát in poteſtatem arrogantis §.1,

tis *§.1,eod.l.15,de adopt.l.penul.fin.C.eod. d.tt.l.pen.§.2, de bonor.poſſ ſec. tabb.* exceptis quæ pereunt per arrogationē aliamque capitis minimam diminutionem;ideoq́; tranſire non poſſunt. Ut pereunt Operæ *operæ non illæ ſervorum l.2,& t.tt.D.de oper.ſervor.ſed* libertorum *§,1,eod.hoc tit.* patrono à libertis natura debitæ *l.26 §.12, de cond.indeb.*officiales; quæ perſonæ cohærent aliique deberi non poſſunt *l.6,9,10,11,12 de oper.liber.l.26 §.12, D.de cond.indeb.* item Agnatio, *§.ult.ſ.de legit. agn. tut. §.1, ſ.de leg. agn. ſucceſſ. l.7 prin.de cap.min.* & uſus & uſusfructus *l.1.quib.mod.uſusfruct.amitt. l 8 de ann. leg.l.16 penul C.de uſufr.* Hodie tamen capitis diminutio minima ſervitutum jura non perimit, *§.ult. ſ.de uſuſfru.§ 1.fin.eod.h.tit. d.l.pen.C.de uſufr.* & ex antiquo jure illud præterea mutatum eſt,ut ex rebus arrogati hodie non dominium arrogatori,ſed uſusfructus tantùm adquiratur,dominio penes arrogatum ſalvo remanente,

ſ

§.2.eod.h.tit.§.1,ſ.per quas perſ.cuiq.adq. l.6 & t.tt.C.de bon. quæ lib.l.ult.C.de legit. hered. l.1,C.de bon. mater. Novel.22. c.34. pater adhibeat tamen omnem diligentiam tuendæ rei, debita exigat, actiones ſuſcipiat, omnia agat tanquam ſolidus perfectusq; dominus, *d.l,1,C.de bon.mat.l.8 §.3 C.de bon. quæ lib.* aut hoc eo non agente, creditores in arrogati bona legitimo jure mittantur, *§.ult.h.eod.tt.*

DE EO CUI LIBERTATIS CAUSSA BONA addicuntur.

Titul. XII.

QUARTA bonorum per univerſitatem adquiſitionis ſpecies eſt, BONORUM CAUSSA LIBERTATIS ADDICTIO; quæ nihil aliud eſt, quàm ſolennis hereditatis in jure facta libertatum tuēdarum gratia *§.1,eod.h.tit.§.6,eod.* magiſtratus auctoritate mancipatio *Vveſenb.paratit.D.de offic.prætor.nu.ult.* Introdu-

troducta à D. Marco *prin. h. tit. eod. l. ult. prin. C. de teſtamen. manum.* religioſiſſimo Imperatore *l. 5, C. de repudiis* in eam cauſſam; qua libertatibus teſtamento quibuſdam *§. 3, eo. h. tt.* vel inter vivos, *§. 6, eod. tit.* adſcriptis, nemo ſucceſſor ex eo vel ab inteſtato exiſtit, ac ne fiſcus quidem *d. §. 1, fin. eod. l. 50, de manum. teſtam.* qui ſatisfacturus ſit creditoribus defuncti, *d. §. 1, 4, eod. h. tt. l. 2, de ſideicomm. libertat.* libertatesque adſcriptas conſervaturus: *l. 23, 29, de manum. teſt. l. 24 §. 10, de fideic. libert. l. 2, l. 11, C. de teſtam. manum.* partim iſtarum conſervádarum cauſſa, *§. 6 eod. Rubr. tt. eod.* partim defuncti gratia; ne bonis ejus à creditoribus poſſeſsis & diſtractis ipſe injuria adficiatur, *§. 1, §. 2, cod. h. tt. §. 1, ſ. qui & ex quib. cauſ. man. l. 23, quæ in fraud. creditor.* FIT autem ADDICTIO non aliter, quàm cauenti idoneè *l. 4 §. 6, de fideic. libert.* de libertatum conſervatione & debito hereditario cuique creditorum in ſolidum reſtituendo

l.2,3,4.de fid.lib.l.ult. l.6,C.& l.50, D. de teſtam.man.§.2,eod.h tit. non tantùm ſervo defuncti, uni vel pluribus ab eodem manumiſsis teſtamento, *d §. 1,eod.l.4 §.18 de fideic.libert.d.l.ult.C.eod.* vel codicillis, *§ 3, eod. l.2, de fideic. lib.* vel inter vivos mortisve cauſſa; *§. 6, eod.l.4 §.3,de fid.l.b.* vel etiam omninò non manumiſſo, ex Juſtin. additione, *d.l.ult. §.quod priv l g. eod. C.* ſed etiam extraneo cuicunque *d.l.6, l.ult. princ.C.de teſtam. manumiſſ.* omnia ex conſtitutione D. Marci facienti, *l.4 §.6,de fideic.lib.* FACTA'QUE ADDICTIONE is quidem cui bona addicuntur loco bonorũ poſſeſſoris conſtituitur, factus ſi fuerit ſervus liber, *l.4 §.16,de fideic.lib.* & ex ſua cautione, non hereditariis actionibus convenitur *d.l.4 §.17,eod.* Manumiſſi autem teſtamẽto defuncti omnes quidem omninò liberi fiunt, tanquam hereditas ex eo adita fuiſſet, *d. l.4 §. 10, eod.* & liberti ex fideicommiſſaria manumiſsione; illius cui bona ſunt addicta,

dicta, §.1, *eod.h.tit.l.4.§.5, d.tt.* ex directa; Orcini defuncti: niſi ſine hac expreſſa conditione non fuerint bona addicta, *d.§.1, & l.4 §.7, eod.§.2 ſ.de ſingul.reb.per fideicom.* Ac tametſi minor annis XXV contra abſtentionem ab hereditate fuerit in integrum reſtitutus, ſemel tamen competens liber tas poſtea non revocatur, *§.5, eod.d.l.4 §.1, de fideicom.lib. l.2, ne de ſtatu defun. poſt quinq. l.9 §.4, l.11 §.1, l.31, l.48 §.1, de minor.ann.* XXV *.t.tt.C.ſi adv.libert.*

DE SVCCESSIONIBUS SUBLATIS QUAE FIEBANT per bonor. venditiones, & ex S C.Claudiano.

Titul. XIII.

SUCCESSIO per univerſitatem quadruplex in hereditate, bonorum poſſeſsione, arrogatione & addictione bonorũ ex uſitato jure adhuc fuit: ex antiquo & ſublato duplex ſupererat, Bonorum venditio & ſucceſsio ex S C. Claudiano. Bo-

NORUM VENDITIO non illa intelligitur ordinarii & privati contractus, probata noſtris quoq; temporibus *de qua tot. tit. D. & C. de heredit. vel act. vend.* ſed extraordinaria publicæ haſtæ, antiquiſsimis inde Roman. tēporibus uſurpata, per quam non ſolvendo defuncti bona triplici prętoris aditione à creditoribus publico loco bis proſcribebãtur, & qui ea emeret BONORUM EMTOR, eodem jure quo bonorum poſſeſſor dicebatur *Theoph. h.tit.eo.* non ſine nota infamiæ defuncti *§.1, ſ. qui & ex qu. cauſ. l.23, quæ in fraud.cred.* Cujuſmodi bonorum venditio poſtea obſervari deſiit, quàm creditoribus inciperet non ſolùm per addictionem bonorum D. Marci eſſe conſultum, *pr.eo.h.t. t. tit.ſ.præc.* ſed etiã cõmuni jure permitteretur bona nõ ſolvẽtis vel non ſolvẽdo debitoris auctoritate judicis occupare, ſuoq; de iis arbitrio diſponere *§.ult.ſ.de adquiſ. per arrog. tot.t.D. Quib.ex cauſ. in bon. poſſeſſ.*

ſat. &

cat. & t.tit. D. & C. de rebus auct. jud. poſſid. §. un. eo. h. tit. SC. CLAUDIANO, ſi cujus ſervus cum libera muliere frequentaſſet, poſt ternã domini denuntiationem, illa cum omnibus bonis ſuis eidẽ judicis auctoritate addicebatur. quod ut maximè durum, & libertati quas philoſophia ſemper amplectitur, *l. pen. ff. de his quib. ut indign. hered. aufer.* contrarium, Juſtinianus propria conſtitutione ſuſtulit, *l. un. C. de SC. Claud. toll. d. §. un. eod. h. titul. Theoph. eo. h. Ulp. fragm. tit. 11. §. 10.*

DE OBLIGATIONIBUS.

Titul. XIV.

RERUM in adquiſitione per univerſitatẽ & ſingulari Dominio hactenus explicato: nunc de Obligatione dicendum eſt. quæ ut maximè pſonæ cohæreat, *Althuſ. lib. 1. c. 25. Vultej. lib. 1. c. 26.* rei tamẽ alicujus perpetuò eſt, *pr. h. tit. eo. l. 3 pr. v. aliquid. D. de obligat. & act.* & ipſa Res incorporalis, *§. un. s. de reb. corp. & incorpor.*

OBLIGATIO eſt nexus *l. 1, de acceptilat.* ſeu vinculum juris *pr. eo. h. tit. l. 59 de condict. indeb. l. 54. de obl. & act. §. 1, ſ. de fideic. libert.* quod obſtringit nobis aliquem ad dandum, faciendum præſtandúmve aliquid: nihil faciens noſtrum *l. 3 pr. de oblig. & act.* Sed aliquando obligatio non eſt vinculum juris obſtringens *ut d. l. 3, & pr. eo. h. tit.* ac proinde genus contractuum & delictorum, *§. ult. h. eo. tit. l. 19, V. S. (unde Verborum obligatio, Litterarum obligatio: J. ſuis locis)* ſed jus natum ex facto adſtringente *§. ult. eo. h. tit. v. ex contractu. l. 1 pr. v. naſcuntur. D. de oblig. & act. pr. J. de oblig. quæ quaſi ex contr.* juris auctoritate *l. 27, de oblig. & act.* Poſteriori hoc ſignificatu obligatio naturalis eſt vel civilis, *l. 59 de condict. indeb. l. 8 §. 2, l. 16 §. 2, de fidejuſſ.* NATURALIS, quæ ſolo vinculo æquitatis ſuſtinetur *l. 95 §. 3, de Solution.* & juris gentium, *l. 84 §. 1, de R. J.* actionem verò non parit: impedit ſoluti repetitionem, *l. 10, D. eo. l. 16 §. 2, de fidejuſſor.*

CIVI-

CIVILIS, quæ neceſsitate aliquem ad ſolvendum obſtringit, propoſita in hoc actione, *pr. eo. h. tit. l.13, C. de contrah. emt. l.8, D. eo. h. tit.* Hæc propriè obligatio eſt noſtro jure: ſuperior illa impropriè & non niſi per abuſionem *d. l.16, de fidejuſſ. l 41 de pecul.* Hinc propria obligatio iterum eſt, ex efficiente duplici; I. *juris, remota*: civilis in ſpecie vel prætoria. Civilis in ſpecie obligatio, Legitima eſt, *l.6, de pact.* lege aliqua civili cognita. Prætoria, jurisdictione introducta prætoris §. 1. *h. tit. l.52, de oblig. & act.* II. *ex efficiente Facti alicujus propinqua*: obligatio vel ex contractu deſcendens eſt, vel ex maleficio: & ex utroque, propriè vel non propriè *l.1 pr. D. eo. §.1, J. de furtis. §. ult. eo. h. tit.* CONTRACTUS eſt ultrò citroque obligatio; Græcis *συνάλλαγμα, l.19, de V. S.* vel, Conventio juris gentium §.2, J. *de jure natur. l.5. de juſtit. & jur.* pariens actionem *l. 7 pr. de pact.* Contractuum doctrina duobus capitibus abſolvetur: conſtitu-

tione obligationis & ejuſdem diſſolutione. Conſtituitur obligatio ſuo facto vel alieno *l.1 §.2, l.11, D.eo.* ſuo facto vel propriè ex cõtractu, vel non propriè *pr. j. de obl. quæ quaſi ex contr. naſc.* propriè ex contractu, quatuor modis: Re, verbis, litteris, conſenſu, *l.1 §.1, l.4 fin. l.52 pr. D.eo. §.2, eo. h. tit. l.9 §.2, de rebus crédit.* uno iſtorum aliquo potiſsimùm & ad ſubſtantiam obligationis interveniente: cùm aliàs omnia ſimul poſsint in eandem & eadem intervenire *Althuſ. lib. 1. Juriſpr. c.28 pr.*

QUIBUS MODIS RE CONTRAHATUR Obligatio.

Titul. XV.

RE CONTRAHITUR obligatio, cũ expletur rei interventu ſubſtantia obligationis *l. 6, de SC. Macedon. l.52 de oblig. & action.* quod fit quatuor ſpeciebus: Mutuo Commodato Depoſito Pignore *t. tit. h. eo. & l.1 §.1, de*

§.1, de obl. & action. His duo ſunt communia: I. quòd res ipſa & contractus eadem voce promiſcuè appellâtur, *Vultej. lib. 1. Juriſpr. Rom. c. 30.* II. quòd omnes hi gratuiti ſunt contractus *l. 2, de calumniator. §. 2, eo. h. tit. l. 5 §. 9 Commodat. l. 17 §. 3, de præſcr. verb. l. 1 §. 6, 7, l. 34 §. ult. D. depoſit.* Cauſſa. quia re nō cōtrahitur in plus quàm datum eſt; tametſi plus eſt promiſſum *l. 11 §. 1, de rebus cred. l. 17 pr. de pact. l. 2, 9, C. de non numer. pecun.* niſi ad legitimum uſurarum modum expreſsè fuerit ſtipulatum *l. 31, 41 §. 2, de uſur. l. 24, de præſcript. verb.* & Honore etiam non excluſo *l. 1 §. 1, de variis & extraord. cognit.* Jam MUTUUM ſeu Mutui datio *l. 2 pr. ad SC. Vellej. l. 1 §. 1, de oblig. & act. pr. eo. h. tit. l. 8, de reb. credit.* eſt gratuitæ pecuniæ uſus datio *l. 2, de calumniat.* vel, Creditū *l. 2 §. 3, de reb. credit.* rei pondere numero menſura fungibilis *d. l. 2 §. 1, de reb. cred. pr. h. tit. eo. l. 1 §. 1, de obl. & act.* ad hoc; ut ipſa fiat accipientis: ſed alia ejuſdem generis & bonitatis ſta-

tuto tẽpore reddatur *d.l.1, d.l.3, & l.2 pr.l 22,de reb.cred.* Mutuum appellatũ quaſi MEO-TUUM, quia ſi meũ tuum non fiat,non eſt nata obligatio *l.2 §. 2,de reb.cred.d.pr.eo.h.tit.* Et contrahitur, I. ut maximè ipſa numeratione ſeu re *l.9 §.3, l.19 pr. de reb.cred. l.1 §.1, de obl. & act. l.6, ad SC. Macedon.* attamen tantùm inter conſentientes in idem eandemque obligationem,*l.19 pr. l.32,de reb.cred. l.3 §.1,de oblig.& act.* ſub omnibus iis quæ poſſunt ſtipulationibus inſeri, *l.7,de reb.credit.* non pactione nuda vel ſimplici *l.34,Mandati.* II. Ejus periculo, qui ſuſcipit mutuum; quocunque amiſerit eive perierit caſu, *l.4, 9 §.8, l.11 pr. de rebus credit.l.1 §.1,de obl.& action.§.2,eo.h.tit.* COMMODATUM eſt rei alicujus utendæ datio *l.1,D. Commod § 2,h.tit.* dictum quaſi CUM MODO, *id eſt, fine uſus certo* DATUM *l.17 §.3,D.eod. VVeſenb. paratit. D.eo.nu.2.* vel COMMODO DATUM utentis (*ut fit plerunq;*) *l.5 §.3,D.eo.l.61 §.4 de furtis.* Contrahiturq;

turq; I. Re, *l.1 §.1, de obl. & act. §.2, h. tit.* quavis; quæ uſu non conſumitur. in aliis non conſiſtit niſi dicis gratia acceptum, *l.3 fin. l.4, D. eo.* II. ad hoc; ut eadem accepta res etiã in ſpecie reſtituatur, *l.26, de reb. cred. l.1 pr. de oblig. & act. d. §.2, eo. h. tit.* unà cum quæſtu extra finem Commodati, *l.13 §.1, D. eo.* Unde, qui accepit omnem pręſtat ea in re dolum & culpam, etiam exactiſsimam, *l.5 §.2,3,4,12, l.18, D. eo. d. l.1 §.1, de obl. l.3, de peric. & comm. rei vend.* niſi vel cõvenerit aliud nominatim, *l.5 §.11, D. eo.* vel utriuſque gratia fuerit cõmodatum, *l.18 pr. eo. l.16, de cond. dict. furt.* De fortuito autem caſu qui ſine culpa contigit accipientis, non tenetur: niſi ultrò in ſe receperit *d. §.2, h. tit. l.1 §.1, de obl. & action. l.1, C. eo. h. tit.* DEPOSITUM ab eo quòd ponitur dictum, *l.1 pr. D, eo. depoſiti.* Græcis παρακαταθήκη *l.26 §.1, D. eo.* eſt rei mobilis cuſtodiendæ datio *l.1, D. eo.* ut eadem volente depoſitore reſtituatur *l.1 §.1,16,22,33, D. eo. d. l.1 §.1, d. obl. §.3,*

eo.h.tit.l.7,l.pen.C.eo.tit. Quod etſi ſolius plerunq; contrahitur gratia deponentis *l.1,5 §.2,Commodat. §.3, eo.h. tit.* ideoq; is qui accepit præter doli præſtationem, *§.17, J. de furt.* ad culpam: niſi latam; aut caſum non tenetur *l.1 §.6,7, l.34 §.ult.eod. l.1,C.eod.* varias tamen aliasq; leges ex conventione contrahentium accipit, *d.l.1 §. 5,7,22,32,l.24,26,D.eo.tit,l.7 §.6,de pact. l.39 Mandat.* PIGNUS, ſeu Pignoris datio *l.8 pr. ad SC.Vellejan.* ſeu Pignoratio *l.9,D.de pignor.* eſt rei ſecuritatis debiti cauſa *l.9 §.1,de pign.act.l.5, 13 §. 5,6,de pignor.* datio.*§.ult. h.tit.l.1,de pignor.act. l.1,§.1,de obl.& act.* idem cum hypotheca, ſolo nominis ſono differente, *l.5 fin.de pignor.§.7,J.de action.* tametſi etymologiâ propriè mobilis rei ſit, *l.238 §.1,V.S.* hypotheca immobilis; eoque ad creditorem nullo jure tranſeuntis *d. §.7, l.9 §.2, de pignor.* In hoc, accipiens de eadem quoque ipſa quam accepit re, reſtituenda tenetur, *§.ult.eo.h.tit.l.1 §.1,de oblig.& actiou.*

ction. l.40 §. 2, de pignor. act. l.9 fin. l. ult. pr. d. eo. tit. l.11, C. de pign. act. & dolum præterea atque culpam præſtat in re accepta: item cuſtodiam, non vim majorem *d. §. ult. eo. l.13 fin. l.14 de pign. act. l.7, C. de pign. act. l.19 C. de pignor. l.2 D. de pignor. & hypoth. l.15 §.16, de damn. inf.* Atque hæ iſtæ quatuor ſunt obligationes quæ re potiſsimùm contrahuntur.

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

Titul. XVI.

VERBIS CONTRAHITUR in ſtipulatione. STIPULATIO ſeu Stipulatum, *ut in l.26 fin. de pact. dotal.* vel Stipulatus *§.2, J. quib. mod. toll. obl. l.9 pr. de uſur. Voltej. lib.1 Juriſprud. c.39.* eſt verborum conceptio, *§. ult. eo. h. tit.* quibus is qui interrogatur, daturum facturúmve ſe quod interrogatus eſt reſponderit *l.5 §.1, de V. O. pr. eo. h. tit. l.1 §.2, l.52, de oblig. & action.* Unde frequenter Verborum dicitur obli-

gatio, *t. tit. D. & h. de V. O.* eâdem omninò ſignificatione *§. 18, ĩ. de inutil. ſtipulat. §. 1, ĩ. de duobus reis. ſcilicet obligatione hîc non jus ex cõtractu ſed vinculum ipſum ſignificante, ut s̃. de obligat. in pr.* & qui interrogat Stipulans *l. 83 pr. de V. O.* Stipulatus, *l. 14, 27 §. 1, l. 29 §. 1, & paſſ. t. tit. D. & h. eod.* Stipulator dicitur, *l. 28 & paßim h. tit. l. 47, l. 32 §. 1, de condict. indeb.* Reſpondens promiſſor, *l. 33, & paſſ. D. h. tit. l. 23, de conſtit. pecun. pr. ĩ. de duobus reis.* aliquando etiam, *paſſivè* Stipulatus, *l. 26 §. 13, de condict. indeb. l. 7, de eo quod certo loco.* Contrahitur ſtipulatio vel ꝓprio nomine vel nomine alieno, *l. 1 §. 2. de obl. & action.* in ſtipulatione proprio contracta nomine modus explicabitur ſtipulandi, perſonæ ſingulares, ſpecies ſtipulationis, & vitium cõtrahendi. MODUS STIPULANDI partim in verbis conſiſtit partim in tempore obligationis. VERBA in ſtipulatione neceſſaria ſunt utriuſq;. aliter non contrahitur ſtipulatio *l. 1 pr, D. de V. O.* ne

nutu

nutu quidem ſine verbis, *d.l.1 §. 2, eo.* Unde, olim in uſu ſolennia fuerunt: quibus hodie ſublatis, ex conſenſu contrahentium verbis quibuscunq; ſtipulatio rectè abſolvitur, *§. 1, eo. h. tit. l. 10, C. eo. l. 83 §. 1, l. 137 §. 1, D. eo. VVeſenb. parat. D. eo. nu. 12. §. 12, J. de inutil. ſtipul.* lingua etiam qualibetcunq;, Latina extera, eâdem diverſa: tantùm uterq; intellectum habeat ejuſdem per ſe per interpretem, *§. 1, eod. l. 1 §. 5, D. eo.* Deinde, cõgrua deſideratur ad interrogatiônem reſponſio, qua nihil adjiciatur nihil detrahatur interrogatis. aliàs vitiatur obligatio: niſi diverſitas reſponſionis illicò complacuerit ſtipulatori, *l. 1 §. 3, l. 83 §. 2, l. 141 §. 2, D. eo. d. §. 1, h. tit. §. 5, inf. de inutil. ſtipul.* Quod ſi ſimpliciter reſpõdeatur, vel ſcriptum inſtrumento ſit aliquem promiſiſſe; omnia præſumuntur ſolenniter facta, *§. 5, 16, J. de inutil. ſtip. l. 134 §. 2, D. V. O.* TEMPUS obligationis vel præſens eſt vel futurum. præſens, ut & debeatur & exigi poſ-

ſit ſtatim; in obligatione pura, *§.2,*h. *h.tit. l.26,de ſtip.ſervor. l.41 §.1, l.135 §.1 l.137 §.4,D. eo. l.213, V.S.* modicum tamen ſpacium debitori humanitatis gratia indulgeatur *l. 23, de obl. & act.. l.5 §.1,de collation.l.105,de Solution.l.21,de judic.* quo poſsit traditio fieri, *§.ultim. inf. de inutil. ſtipul.* Futurum tẽpus ex adjectione dependet diei vel conditionis. Die adjecto ſeu certo ſeu incerto, ſeu tacito ſeu expreſſo, ſtatim quidem debetur ſtipulatori: peti autem quàm dies venerit prius non poteſt *d.§.2,& 5,eo. l.8,10,13,14,15,41 §.1,D. eo.* ac ne ipſo quidem illo die: niſi jam toto præterito *d. §.2 eo. l.42, 138 pr. D. eo. §.ult. inf. de inutil. ſtipul.* Quod ſi in annos ſingulos vel vitæ tempus ſtipulatum ſit; & pura & una & perpetua obligatio eſt: heredi tamen non debetur, *l.16 §.1, l.56 §.3, l.140 §.1, D. eo. §.3, eo. h. tit.* Poteſt autẽ in vitæ diem tàm promiſſoris quàm ſtipulatoris obligatio conferri, *§ 14, inf. de inutil. ſtipul. l.45 §.1,3, l.121 §.2, D. eo.* olim quidẽ
niſi

niſi in facto conſiſteret, hodie etſi in facto *l.46 §.1,D.eo.l.ult.C.eo.* itē in Pridie mortis, vel Poſt mortem; tàm contrahētium alterutrius, quàm extranei: hodierno,non veteri jure, §. 12,15,*inf.de inutil.ſtip.l.45 §.2,D.eo. l.ult. de Solutionib. l.8,11,C.eod.* CONDITIO STIPULATIONIS vel in præteritū aut pręſens tempus confertur,vel in futurum. illis duobus caſibus non differt obligationem, ſed ſtatim vel confirmat vel tollit *§.pen. eo.h.titul. l. 100,120,D.eo.* iſto, non obligationem parit,ſed ſpem obligationis; quæ tamen & ipſa tranſit ad heredem §. 4, *eo. l.54,V.S. §.pen.inf.de inutil.ſtipul.* Cōditio autem ut varia & multiplex eſſe poteſt, *l.20,D.eo.* non poteſt niſi ex bonis moribus eſſe concepta,& ſine flagitio: aliàs inutilis eſt, *l.121 §.1,l.61, 97 §.ult. l 123, D. eo. l.71 §.1,de condit. & demonſtr.*ut eſt quoq;,ſi conditio impoſsibilis rei faciendæ adjiciatur *l.7, 137 §.6,l.ult. D.eo. §.5,eo. h.tit. §.10, inf. de inutil.ſtipul.l.1 §.3,l.31, de oblig. & act.*

non, ſi impoſsibilis non faciendæ *d. l.7, & l.8 fin. eo. d. §.10, inf. de inut. ſtipul.* Sed & ſi conditio præpoſterè concepta eſſet, olim impediebatur ſtipulatio: hodie jure ſubſiſtit, *§.13, inf. de inut. ſtip. l.25 C. de teſtam. §.34 s. de legat.*

DE DUOBUS REIS STIPULANDI VEL promittendi.

Titul. XVII.

DIXIMUS de modo ſtipulandi. PERSONAE SINGULARES, hoc eſt in quibus jus aliquod obtinet ſingulare, numero plures ſunt vel una. plures, DUO vel plures REI STIPULANDI VEL PROMITTENDI, *pr. eo. tit. VVeſenb. parat. D. eo. num. 2.* hoc eſt, plures ejuſdem rei ſtipulatores vel promiſſores *§.1, eo. l.2, de duob. reis.* De quorum prius conſtitutione dicendum aliquid eſt, poſtea de obligatione. CONSTITUUNTUR duo pluresve rei, vel re vel verborum ſolennitate, *l.12 C. ſi certum petat.* Verborum

rum ſolennitate; duobus pluribúsve idem unumque debitum ſeparatim vel ab eodem ſtipulantibus vel promittentibus eidem *pr. eod.h.tit. d.l.2*, uno tempore, vel modico intervallo, aut actu obligationi non contrario interveniente *l.3 pr. l. 4, l.6 §.2, de duobus reis.* tametſi unus purè, alter in diem vel ſub conditione poſsit obligari *§.ult.eo.l.7,D.eod.* Re plures rei conſtituuntur; non tantùm in ſtipulationibus, ſed aliis etiam contractibus pleriſque, cùm fidem uniuſcujuſque in ſolidum ſequimur *l.9 pr. l.14, D.eod.VVeſenb.parat.D.eo.nu.3.* Hodie nunquam; nec aliter quàm cùm id actum expreſsè plures unius rei Rei conſtituuntur *l.3 princ. l.11 §.1, D. eod. Auth.hoc ita. C.eo. VVeſenb.parat.D. eo.nu.7.* OBLIGATIO ex hujuſmodi ſtipulatione una, ſed plurium eſt, una res, una ſumma, *§.1,eod.tit. l. 3 §. 1,D. eo.* ideoque ſingulis ſolidum debetur, & debetur à ſingulis, *d.§.1,l.2, 3, 9 fin. D.eo. l.2, 3, C.eod.* & unuſquiſ-

non, ſi impoſsibilis non faciendæ *d. l.7, & l.8 fin. eo. d. §.10, inf. de inut. ſtipul.* Sed & ſi conditio præpoſterè concepta eſſet, olim impediebatur ſtipulatio: hodie jure ſubſiſtit, *§.13, inf. de inut. ſtip. l.25 C. de teſtam. §.34 s. de legat.*

DE DUOBUS REIS STIPULANDI VEL promittendi.

Titul. XVII.

Diximus de modo ſtipulandi. Personae singulares, hoc eſt in quibus jus aliquod obtinet ſingulare, numero plures ſunt vel una. plures, duo vel plures rei stipulandi vel promittendi, *pr. eo. tit. VVeſenb. parat. D: eo. num. 2.* hoc eſt, plures ejuſdem rei ſtipulatores vel promiſſores *§.1, eo. l.2, de duob. reis.* De quorum prius conſtitutione dicendum aliquid eſt, poſtea de obligatione. Constituuntur duo pluresve rei, vel re vel verborum ſolennitate, *l.12 C. ſi certum petat.* Verborum

rum ſolennitate; duobus pluribúsve idem unumque debitum ſeparatim vel ab eodem ſtipulantibus vel promittentibus eidem *pr. eod. h. tit. d. l. 2*, uno tempore, vel modico intervallo, aut actu obligationi non contrario interveniente *l. 3 pr. l. 4, l. 6 §. 2, de duobus reis.* tametſi unus purè, alter in diem vel ſub conditione poſsit obligari *§. ult. eo. l. 7, D. eod.* Re plures rei conſtituuntur; non tantùm in ſtipulationibus, ſed aliis etiam contractibus pleriſque, cùm fidem uniuſcujuſque in ſolidum ſequimur *l. 9 pr. l. 14, D. eod. VVeſenb. parat. D. eo. nu. 3.* Hodie nunquam; nec aliter quàm cùm id actum expreſsè plures unius rei Rei conſtituuntur *l. 3 princ. l. 11 §. 1, D. eod. Auth. hoc ita. C. eo. VVeſenb. parat. D. eo. nu. 7.* OBLIGATIO ex hujuſmodi ſtipulatione una, ſed plurium eſt, una res, una ſumma, *§. 1, eod. tit. l. 3 §. 1, D. eo.* ideoque ſingulis ſolidum debetur, & debetur à ſingulis, *d. §. 1, l. 2, 3, 9 fin. D. eo. l. 2, 3, C. eod.* & unuſquiſ-

que ſolvendo vel accipiendo acceptilandóve totam perimit obligationem & omnes liberat *l.2, 3 §. 1, D. eo. l.31 §.1, de novation. l.13 §.ult. de acceptilat. l. 3 §. 2, de liberat. leg.* uniuſque cujuſque factum vel pactum ſuper obligatione ipſa tàm nocet alteri quàm prodeſt *l.ult.C.eod. l.3 §.2, de liber.leg. l.9 §.1, l.18, D.eo. VVeſenb. parat. D. eo. num.8,9.* Hodie, tametſi plures correi nominatim facti ſint, & ſinguli in ſolidum nunc quoque teneantur: BENEFICIUM eſt inter eos DIVIDENDI, ut ſi & ceteri præſentes & ſolvendo ſint, unus eorum quiſq; non in amplius quàm partem virilem condamnetur, *Nov.99. c.1. Auth. hoc ita. C. eo. h. tit.*

DE STIPULATIONE SERVORUM.

Titul. XVIII.

SINGULARIS PERSONA quæ præcipua quædam habet in ſtipulando jura, SERVUS eſt. quem ſtipulari

pulari ex ſua perſona non poſſe certum eſt, *l.24, de ſtatuliber.* ex perſona domini jus habet ſtipulandi, *pr. eo. h. tit. l 1 pr. D. eod. l.38 §.5,12, l.45 pr. & fin. de V. O.* tametſi in ſuſpenſo ſit dominium ejus: domino vel apud hoſtes agente, vel vita defuncto *d prin. eo. l. 72 §.1, V.O l 11 fin. de acceptilat. l. 25, de ſtipul. ſervor.* EFFECTUS ejuſmodi ſtipulationis ex dominii quantitate diſtinguitur aut enim id unius eſt & unius proprius ſervus: aut plurium & plurium eſt ſervus iſte cõmunis. Proprius unius, domino ex ſtipulatu in ſolidum adquirit, *§ 3, ſ. per quas perſon. cuiq. l.10 §.1,4, l 53, de adq. rer. domin.* verborum conceptione non tantùm in ſuam dominíve perſonã, ſed etiam in conſervi, vel ſine adjectione ſimpliciter facta, *§.1, eo. l.1 pr. §.3, l. 15, D. eo. h. tit.* excipitur Facti quod ſervi perſonæ cohæreat ſtipulatio *§ 2, eo. l.44 pr. de condit. & demonſtr. l 38 §. 5, de V. O. Vultej. lib.1. c.7 fin. VVeſenb. parat. D. eo. nu.3.* Deinde, quod alii quàm

domino ſervus fuerit nominatim ſtipulatus, *l.30, D.eod.* Quod ſi dominus apud hoſtes ſit, tamdiu in pendenti erit adquiſitio quàm non revertatur *l.18 §.2, eo. l. 11 fin. de acceptilat. l.73 §.1, V.O.* ſi vita ſit apud hoſtes functus; hereditati ac per hanc heredi futuro adquiretur, *prin. eo. h. tit. l.35, D.eod. l. 41, de reb. credit. l.61, de adq. rer. dom. l.16, de oblig. & action.* Communis ſervus ex ſtipulatu communiter adquirit omnibus dominis. non æqualiter, ſed pro dominii cujuslibet portione *§.ult. eo. l.5, 27, D. eo. l.50 pr. de legat.1. l. 45, de adquir. rer. domin.* & ſi res omnibus adquiri non poteſt; ſolidum ſolis quibus poteſt *l.23 fin. de adquir. rer. domin. l.12, de auctor. & conſ. §.ult. h. tit. l 1 §.4, l.7 fin. l 8, 9 prin. l.17, 19 D. eod.* Excipitur ſi ex re unius domini ſit ſtipulatus. id enim judicio ſocietatis. uni adquiritur, *l.1 §.2, l.28 pr. & §.1, D. eod. l.23 §.ult. l.45 prin. de adquir. rer. domin.* deinde, quod cui uni nominatim ſtipulatus eſt *d.l.1 §.2, l.5, 7, pr. §.1, eod.*

eod. l.23 §.ult. l.37 §.3, l.63 §.2, de adquir. rer. dom. tandem, quod unius juſſu, l. 5,6,7 pr. D.eo. d.l.63 §.ult. l.ultim. C. per quas perſon. Juſſu autem alterius cum alterius nominatione concurrente, rectè juſſus præfertur d.l.ultim. C. per quas perſon.

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

Titul. XIX.

MODUM ſtipulandi unà cum perſonis juris ſingularis abſolvimus. SPECIES STIPULATIONUM quatuor proponuntur: judicialis, prætoria, conventionalis & communis *pr. eo. h. tit. l 5 pr. de V.O.* Judicialis eſt à mero judicis officio & juſſu, *§.3 §.ult. h. tit.* profecta: ut cautio doli: deque perſequendo fugitivo, pretióve reſtituendo, *§.1, eo. d.l.5, D. eod.* CAUTIO DOLI eſt, ſtipulatio dolum malum ei rei abeſſe, abfuturumque eſſe; judicis juſſu interpoſita *l.6,17,19 Judic. ſolv. l.38 §.9, l.121 pr. V.*

O. quæ non ſimplex abnutivum continet, ſed etiam Curaturum promittentem ut dolus malus abſit, *l. 83 pr. V.O.* & refertur ad omne tempus, ut ſi aliquo nõ abfuerit dolus; quoniam verum ſit non abfuiſſe, committatur ſtipulatio *d.l.19 Judic.ſol.* & quia in futurum permanens factum demonſtrat, heredem quóque obligat promittentis *d. l. 19 prin. l.121 §. ult. de V. O.* & ſi pœna ſubjecta, ob extranei quoque dolum *d.l.19, d.l.38 §.9.* CAUTIO DE PERSEQUENDO SERVO qui in fuga eſt reſtituendóve pretio, ab eo qui accepit pecuniam ſervi manumittendi cauſa, non aliàs eum diſtracturus, nec habiturus diligentius; exigitur Si is fugerit prius quá manumitteretur *§.1, eo. l.5 §.ult. de condiction. cauſ. dat. cauſ. non ſec.* Prætoria cautio eſt, quæ à mero prætoris officio proficiſcitur, *§.2, eo. l.5 pr. V.O.* & ſi ſit aliqua propter eam controverſia, ſummaria prætoris cognitione vel jubetur vel denegatur, quandoque

que cum additione vel detractione vel immutatione conceptionis *l.1 fin. de prætor. ſtipul.* & ſi quis in ea ſermo inciderit ambiguus, prætoris eſt interpretatio *l.9, de præt. ſtipul. l.52, de V.O.* Species prætoriarum ſtipulationum tres videntur: judicialis, cautionalis & communis. Judicialis ea hîc dicitur, quæ propter judicium interponitur, ut ratum fiat. ut, Judicatum ſolvi, & ex Operis novi nuntiatione *l.1 prin. de prætor. ſtipul.* JUDICATUM SOLVI cautio tres habet promittendi clauſulas: de re judicata, de re defendenda, & de dolo malo *l.6,13 pr. l.17, Judic. ſol.* & vel ab reo præſtatur pro procuratore ſuo intra vel extra judicium: vel abſente reo à defenſore pro litis æſtimatione, §.4,,5 J. de Satisdat. l.8 §.3, l.46 prin. & §.2, l.51 fin. l.52, 53, de procur. & defenſ. l.5 §.3, Judic. ſolv.* Cautio EX OPERIS NOVI NUNTIATIONE tūc deſideratur, cùm quis adſerit ſibi vicinum ædificantem prohibendi jus,

l.21 prin. de oper. nov. nunt. ut aut caveatur damni infecti, aut ſi quid contra leges edictáve Principum fiat *l.1 §.11, d. eod. tit.* in id quod cujusque interſit, quantive res erit: atque ut ita demùm committatur ſi judicatum fuerit Eſſe prohibēdi jus, ſi've ante rem judicatam cauſſa quæ acciderit, neque res defendatur; & de dolo malo ſubjicitur clauſula, *d.l.21 §.2, & ult. D. eo. Cujac. parat. D. eod.* Cautionalis eſt omnis quidem natura ſui ſtipulatio, propriè verò tantùm quæ inſtar actionis habet, vel ut nova actio ſit interponitur: ut de Legatis ſtipulationes, & de tùtela, & ratam rem haberi, & damni infecti, *d.l.1 pr. de prætor. ſtipul. l.10 §.ult. de compenſat. l.20, Rem rat. hab.* LEGATORUM nomine cavetur ab herede legatario qui ſub conditione ſperat legatū, *l.8 §.1, d. eod. tit. t.t. D. & C. ut legat. vel fideicom. cauſ. cav.* CAUTIO TUTELAE interponitur ex conſtitutionibus *§.3, s̃. de Attil. tut. Cujac. not. pr. s̃. de ſatiſd. tut.* legitima §.

ma §.5, ſ.*de Attilian.* cura prætoris:ne negotia pupillorum pupillarúmve & eorum qui quæ've in curatione ſunt, conſumantur vel deminuantur, *princ. & tot. tit. ſ. de ſati, dat. tutor. vel cur. l.3*, 4, *C. de tutor. vel cur. tot. tit. Rem pupill. vel ad leſc.* RATI STIPULATIO exigitur à defenſore abſentis, vel procuratore cujus non conſtat de mandato *l.3, 6, 10, 11, 12 pr. 13, D. Rem ratam hab.* Non petiturum eum, cujus de ea re actio petitio perſecutio ſit, & ratum habituros omnes ad quod ea res pertinet *l.23, d. eo. titul. Cujac. eod.* DAMNI INFECTI, hoc eſt nondum facti, ſed quod fieri veremur nomine, *l.* 2, 7 §. 1, *de damn. inf.* ei qui damnum ex vicini ædibus metuit jurato de calumnia *d.l.7 prin. eod.* cuiquecunque prætori videbitur *l.* 13 §.3, *eod. d.tit.* cauſſa cognita, *l.* 14, 15 *prin.* §.14, *l.*35, 36, 37, *d. eod. tit.* cavetur à domino rei, omniq; eo q jus habet in re, *l.*9 §.4, *l.*19, *eo.* ne quid noceat vicinis damnive detur, *l* 15 §.3, *d. eo. tit.*

Communis prætoria cautio eſt, quę fit judicio ſiſtendi cauſſa, *d.l.1.prin. de prætor. ſtip.* qua reus promittit, ſe in judicio uſq; ad finem litis permanſurum, *§.2,J.de ſatiſdat.Vvltej.lib.2. Iuriſpr. c.30. tot.tt. D. In jus vocati ut eant. & tt. Qui ſatiſd. cog.* Conventionalis ſtipulatio eſt quæ ex conventione utriuſq; partis contrahentium concipitur, & tot genera comprehendit quod ſunt ſpecies contrahendi *§.3, eod.tt.l.83 §.1,l.137 §.1,de V.O.* Communis civilis ſtipulatio eſt, quá & prætor jubet & interdum judex ſi aliter res expediri non poſsit. ut eſt cautio Tutelæ & Rati, *§.ult.eod.h.tt.l.20 Rem rat.hab.prin.ſ.de ſatiſd.tut.* Tantum de ſpeciebus ſtipulationum.

DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

Titul. XX.

VITIUM STIPULATIONUM multiplex eſſe poteſt, & inutilis inde ſtipulatio. Sed hîc INUTILIS

eſt,

eſt, ex perſonæ materieive vitio. & perſonæ, vel ſtipulantis vel promittentis. ſtipulantis ſibi vel alij. SIBI POSSUNT STIPULARI quicunq; ſibi adquirere, §.18, *eod.h.tt.l.38 §.12, de V.O.* immò & qui aliis: ut Servus Filiusfam. *prin.& §.1, ſ. de ſtipul.ſerv.l.1. prin.l.45 pr.l.62, l.11, 40, V.O.* niſi ab hiſdem quibus adquirunt *§.6, eod. h.tt. arg.§.4,12, eod.* extra caſtrenſe peculiũ *l.15, de caſtren.pecu.l.* At adquirere ſibi poſſunt non poſſunt ſtipulari per ſe, per ſervum præſentem poſſunt *l.1, prin.V.O.* Primùm propter corporis vitium; Surdus, Mutus, *§.7, eod.l.1.pr. V.O. l.1 §.4, de obl.& action.* propter animi; Furioſus *l.1 §.4, de obl.& act.§.8, eo. h.tt.* Secũdò propter ætatem; Infans qui fari non poteſt, *d.l.1.pr. l.70, V.O. §.9, hoc tit.* Major autem infante ſeu pubertati proximus ſeu infantiæ, tàm filiusfamilias quàm ſui juris, poteſt & ſine tutoris auctoritate ſtipulari, *d.§.9, l.1 §.1 lt.de obl.& action.l. ult.§.1, de V.O.l.6, Rem pupilli vel adoleſc.*

prin.ſ.de auct.tut.l.7,C.de contr.vel com. ſtip. Tertió propter exaudiendi mutuam in verborum obligatione reorum *l.5 prin.v.cōventionales.de V.O.* neceſsitatem *§.7,eod. h.tt. l.1.prin. V.O.l. 1 §. ult. de obl.& act.* non poteſt ſtipulari; Abſens *d.l.1 prin.& §.11,eod.hoc tt. l,3.C.de inutil.ſtipul.* tametſi ſcripturæ reorum inter ipſos præſentiam adſeveranti ſtetur tamdiu donec probetur contrarium *d.§.11,eod. l.1, & 14, C.de cont.& comm.ſtip.* Atq; hi ſibi utiliter vel inutiliter ſtipulantur. A l.11, quàm cuius juri ſubjectus ſit STIPVLARI nemo poteſt, *§.4,18,eod. l.3, ult. C.eod. l.9 §,3 de reb. cred. l.38 §.12, l. 126 §.2, V.O.l.3,C.de cont. vel comm.* Excipitur, I. Si pater filio, dominus ſervo ſtipuletur *l.39, l.130 V.O.l.2, C.de contr. vel comm.§.4,eod.hoc tt.* vel contra; patri filius domino ſervus *l.38 §. 12, l.45 prin. & fin. l.62, V.O. l.95 §.4, de ſolution.* vel alteri in ejuſdem poteſtate, *l.40, V.O. §.1, ſ. de ſtipul. ſerv.* II. poteſt quilibet ſtipulari Sibi heredíq;

diq; ſuo *l.38 §.8,10,l.92,V.O.* III. poteſt cuilibet ſi ſua interſit *d.l.38 §.15, l.118 §.2, V.O. §.19, eod. hoc tt. l.3 C. eod.* IV. poteſt ſub pœna *d.l.38 §.12, §.18, hoc tt.* V. poteſt dotis favore *l.45, Soluto matr.* VI. Conjunctim verò ſi quis Sibi & alij ſtipuletur: vel in dimidiũ valet ſtipulatio in dimidium nullius eſt momenti ſi extraneus obligationis cauſſa erit adjectus, *d.§.4, hoc tt. l. 110, V.O.* vel valet omninò, ſi adjectus tantùm ſit cauſſa ſolutionis, *d.§.4, eo. l.56 §.2, l. vlt. §.2, V.O. l.23 de fidejuſſ. l.10, de ſolution.* Et hi ſtipulari & his, poſſunt non poſſunt. PROMITTERE non poſſunt, I. iidem qui non poſſunt ſtipulari, *l.1 prin. V.O. §.8,9,7,11, eod. hoc tt. l.1 §.4, de obl. & action.* II. tametſi poſſunt ſtipulari, non poſſunt promittere, 1. Impubes major infante; ne cum conſenſu quidem patris *l. ult. §.1, V.O. §.9, eod. hoc tt.* cum auctoritate tutoris poteſt *d.§.9, l.1 §. vlt. de obl. & act. prin. ſ. de auctor. tut. l.8 de adq. vel omitt. hered.* 2. Servus *§.6, eod. l.24,*

de ſtatul.l.43,de obl.& act.l.22 prin.de R. J.l.11,C.quod cum eo qui in aliena poteſt. Filius verò familias pubes, tametſi ſit in poteſtate, poteſt nihilominus ſua promiſsione obligari *d.§.6, l.8 §.3, de acceptilat. l.39 de oblig. & act. d.l.ult. §.1, V.O.* 3. Is cui bonis interdictum eſt *l.6,V.O.l.1,de curat.furioſo.* Dictum eſt de perſonis. MATERIA ſtipulandi ſunt res & facta quæ ſtipulamur, *§. ult. ſ. V.O.l.13 C.de contr. vel comm.ſtip. l.2.pr. D.de V.O.* Res vel eædē; utrinq; conſentientibus reis: vel diverſę; errantibus. eædem, vel ſingulares vel plurativæ. Singulares RES POSSVNT in ſtipulatum deduci omnes quæ naturâ ſui poſsibiles ſunt & poſſunt dominio noſtro ſtatim adquiri *pr.eo.h.tt.§.2.fin.eod.l.83 §.3.V.O.* etiam alienæ, *l.51, V.O. l.15 fin. de uſurpation.* tàm certæ quàm in certæ, *l.68, 74,75, 118 §.2, V.O. l.6, C.d. eod.tt.* Non poſſunt; I. quæ ſunt extra naturam rerum, nec eſſe in ea poſſunt *§.1;eod. l.35 prin, d.l.83, V.O. l.1 §.1.de obl.& act.*

Unde,

Unde, res Futuræ ſiquidem ſint de vero futuræ in ſtipulatum rectè deducuntur, non rectè ſi non ſint l.73, *de V.O.* II. non poſſunt deduci poſſibilia per rerum naturam: impoſsibilia promittēti *l.126 fin.V.O.* III. nō res quæ ſunt extra commerciū privatorum: nec ſub conditione Si deſinant eſſe §.2, *eod. d.l.83* §.3,5, *l.38* §.3, *l.* 103, *V.O. l.1* §.3, *de oblig. l.34* §.2, *de contr. emt.* ne quidem ſi extra commerciū ſint non privatorum ſed ſolius ſtipulantis, *l.34, V.O.* §.2. *eod.h.tt.* IV. nō res pridem ſua *d.*§.2, *eod. d.l.1* §.3, *l.29* §.1, *l.* 82,128, *V.O.* vel aliena nunc quidem, ſed in caſum Quo ſit ſua §.21, *eod. l.87, V.O.* uſq; adeò; ut nō convaleſcat ſtipulatio, ſi deſinat res eſſe ſua *l.72.* §.3, *de Solution.* niſi conditionalis ſtipulationis eventus in hunc caſum exiſteret *l.31,98 prin. de V.O.* Pretium verò ſuæ rei, vel reſtitui ſuam rem, rectè ſtipulamur *l.82, V.O.* Plures res una ſtipulatione comprehendimus, quoties promiſſor ad omnes una re-

ſponſione generatim reſpōdet *§.17, eod.l.86,V.O.* quoties ad unā vel quaſdam nominatim; tot ſunt ſtipulationes & obligationes quot ſunt res *d. §.17,l.1 §.4, l.29 prin. l.75 §.6, l.86,126 §. 1, l.140 prin. & §.1, de V.O. l.32 prin. de evictiοn.* Errore alterutrius in re interveniente, vitiatur obligatio, *§.22. eod. l.83 §.1, V.O.* non nominis errore, cùm de re conſtet *l.32,65 §.1 eod.* Hæc de rebus. FACTA in ſtipulatum deduci poſſunt non modò ut fiat aliquid, ſed etiam ut ne fiat; quæcunq; *§.ult.s.V.O.l.75 §.4,V.O.* & plerunque ſub pœna, ne quantitas ſtipulationis in incerto verſetur, eoq; difficilior probatu ſit promittenti *l.71, l.137 §.7. V.O.§.ult.s.eod.tt.V.O.* non poteſt Factum impoſsibile, *l.35 prin. V.O. l.8,C. eod.* non legibus interdictum, aut cōtra bonos mores *l.26,27, 35 prin. l.66, V.O. §.23, eod. hoc tt. l.2,4, C. de inutil. ſtipul. l.9 C. de contr. vel comm.* non factum alienum *§.3,20, eod. h. tt. l.65, de fidejuſſor. l.38 prin. l.49 §.1, l.56 §.1, l.83 pr. V.O.*

quan-

quanquam pœna adjecta valet alieni quoq; facti promiſsio *d.§.20, l.38 §.1, V.O.*

DE FIDEIUSSORIBUS.

Titul. XXI.

HActenus de ſtipulatione ꝓprio contracta nomine dictum ſatis eſt. ſtipulatio alieno nomine contracta FIDEIUSSIO dicitur, & promittens alieno nomine Fidejuſſor, *prin. & §. ult. eod. hoc tt. l.1 §.2, de oblig. & act. l.3,5 prin. de fidejuß.* quē plerunq; ab eo qui proprio nomine obligatur accipimus in eandem obligationem, ut eò tutius nobis debeatur *d.l.1. §.2, & prin. eod. hoc tt.* idq; in omni obligatione, *§.1, eod. l.1,2,8 §.1,3, de fidejuß.* preterita futura, *l.6 §.1, d. eo. tt. l.35, de judiciis. l.50 prin. de pecul. §.3, h. eod. tt.* civili, naturali, prætoria, *d.l.6,7, 8 §.1, l.16 §.2, eod. l.50 §.2, de pecul.* principali, fidejuſſoria, *l.4.8 fin. l.27 §.1.2, eo.* ex contractu, vel delicto, *l.8 §.3, l.56*

§.*ult.eo.*niſi populari actione, *d.§.ult.* vel inutili,aut nulla, *l.6,11,16,37,47 pr. l.23,29,70 §.ult.D.eod l.18 de S C. Maceꝺon.l.5 §.3,de donat. int.vir.* Sed diſtinctè fidejuſsionis conſtituendæ modum, & conſtitutæ effectum conſideremus. Modus in verbis eſt & cauſſa fidejubendi. Verbis contrahitur obligatio quibuſcunque, conſenſum in ſtipulationem contrahentium utrinque rectè ſignificantibus *l.12 C.eod. l.8 §.4, l.16 prin.& §. ultim.l. 24,42,47,51 prin. l.55,D.eod.* tàm Græcis quàm Latinis *§.7.eod. h.tt. l.8 prin.eo.* Caussa obligationis fidejuſſoriæ durior eſſe non poteſt quàm ſit obligationis principalis: poteſt eſſe levior, *l.8 §.4,l.34,D.eod.* poteſt plenior, *l.94 §.2,de ſolution.* melior, arctior, efficacior: non deterior, *d.l.34,l.38 §.5, de ſolution. Vveſenb. paratit.D.eo.hoc tt. num.5.* Hinc Reo principali obligato purè, fidejuſſor ex die vel ſub conditione rectè obligatur: non contra *§. 5,eod.l.8 §.5,l.15 §.1,l.70 prin.D.eod.* reo

indefi-

indefinitè obligato, non obligatur ipſe certo loci *l.16 §.1,D.eod.* reo conceſſa electione, non obligatur ea amiſſa *d.l.*8 §.5,*eod.* reo copulatè obligato, ipſe obligatur disjunctim *d. §. 5,eod.* reo obligato in unam rem, ipſe in alternas *d.l.8 §.5,eo.* reo in fundum, ipſe in uſumfructum *l.*70 §.1, *D. eod.* reo in majorem ſummam, ipſe in minorem: non contra §.5,*eod.h.tit. d.l.*8 §.1,*l.9,D.eod.* Unde ſi in majorē ſummam quam ſpopōderit reus obligaverit ſe fidejuſſor; dubitatio eſt, An teneatur in minorem. & veroſimilius eſt, teneri *argum. l.*1 §.4,*V. O.l.*4,33 *mandati. l.*8 §.4,*eod.h.tit. l.*40 §.1, *de pecun.conſtit.* Illud ſingulare eſt in ſtipulationibus fidejuſſorum, ut ſcripta pro actis habeantur §.*ult. eod. h.tit. l.* 30,*V.O.* EFFECTUS fidejuſſionis conſtitutæ eſt, primùm, quòd fidejuſſor eſt rei loco, *l.*4,*eod.l.*8, *de eo quod certo loci.* Et non ſolùm ipſe obligatur in ſolidum, ſed & heredem relinquit obligatum §.2,*eo.l.*4,48,49 §.1,*eod.l.*10,

24, *C.eod.* & poteſt etiam ante reum conveniri, *l.3,5,C.eod.* hodie non: niſi reus minus idoneus vel abſens ſit *Auth.præſente.C.eod.l.1, C.de conven.fiſc. debit.Nov.136 prin.Nov.4.c.1.2*, & ſi plures ſint, ſinguli eorum in ſolidum tenentur *§.4,eod.l.ult.Rem pupil.vel adol.* tametſi ante cōdemnationis ſententiam *l.10 C.eod.d.§.4 fin.* poſsint ex Epistola D.Hadriani Divisionis auxilium deſiderare, ut partes tantum à ſingulis qui ſolvendo ſunt conteſtationis tempore exigantur *l.26,27 §.1,3,l.28,49 §.1, l.51 §.ult.eo. l.ult.C.de conſtit.pec. l.1, C.de fidejuſſ. tut. l.3,l.16,l.ult. C.h.tit.* quo neglecto; totum ſolvens non poteſt revocare *l. 49 §.1,D.eod.* nec habet adverſus confidejuſſores actionem: niſi pignore accepto vel ceſſam *d.§.4,eo.h.tt.l.11 C. eo.l.10 prin.l.17,36,39,59,D.eod.* deinde fidejuſſor ſoluta pro reo pecunia habet cum eo Mandati judicium ad ejus recuperationem *§.6, eod. l 18, 69, eod.l.57 de condict.indeb.l.10 §.10 mandati* vel

ti vel negotiorum geſtorum ſi fidejuſsit pro abſente *l.20 §.1, Mandat.* vel ex ſtipulatu, ſi ſucceſſerit ſtipulatori; vel ceſsis ab eo ſibi actionibus, *l. 21 fin. D. eod. Nov. 4. c. 1 fin.*

DE LITTERARUM OBLIGATIONE.

Titul. XXII.

PEREGIMUS obligationes quæ re aut verbis contrahuntur. LITTERARUM OBLIGATIO ſcriptura qua quis debere ſe ſcripſerit ex crediti cauſſa *l. 5, C. de nō num. pecun.* quod ſibi numeratum non eſt, cōtrahitur poſt multùm tēporis quo exceptio non numeratæ pecuniæ opponi nō poteſt *§. un. eod. h. tit. l. 38, de oblig. & action.* Placuit enim non minus valere quod ſcriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis ſignificatur *d. l. 38,* imò interdum plus valet ſcriptura, quàm quod actum eſt *l. 19 fin. de uſu & uſufr.* Multùm temporis, quo querela non numeratæ pecuniæ aim

plius inſtitui non poteſt, olim quinquennium erat: hodie ſolùm biennium continuum *l.8,10,C eo.d.tt.* quo elapſo ex ſola litterarum confeſsione rectè pecunia exigetur *l.14 C.de nō num.pec.d.§.un.eo.fin.* Si verò petatur nō quaſi credita pecunia ſed ex præcedente debiti cauſſa, jam non de numerata vel non nūmerata pecunia controverſia eſt: ſed an juſta obligationis cauſſa præceſſerit *d.l.5, C.de nō num.pecun.* quam ſi ſpecialiter edixerit promiſſor, teſtimonio proprio reſiſtere amplius non poteſt: niſi per apertiſſima rerum argumēta ſcriptis religionem judicis poſsit de negotio aliter ſubſecuto inſtruere, *l. 13, C. eod.d.tt.Nov.136.c.ult.*

DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

Titul. XXIII.

RESTAT obligationum ex contractu ſpecies ultima in OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU, in qui-

in quibus neque ſcriptura neq; præſentia omnimodò opus eſt,ac ne dari quidem quidquam neceſſe eſt, ut ſubſtantiam capiat obligatio: ſed ſufficit eos qui negotia gerunt conſentire *§.un.h.tt.l.2,48,52 prin.§.1,de oblig. & act.l.35, V.O.l.1, de permutat.* Unde duo earum conſectaria. I. Quòd inter abſentes quoque, veluti per nuntium aut epiſtolam ritè contrahuntur, *d.§.un.eod.l.1 fin.de contr.emt.l.ult. C.ſi quis alteri.l.9 fin. de auctor. & conſ. tut.l.1,4,pro ſocio.l.1 prin.l.27 prin. l.ult. mandat. l.4,de pignor.l.4, de fide inſtrum.* II. Quòd in his contractibus alter alteri obligatur in id quod alterum alteri ex bono & æquo præſtari oportet *d.§.un.eod.l.2,de oblig. & act.l.31, de poſiti.* unde etiam cõtractus BONAE FIDEI, *l.108 §.10,de legat.1.l.7 §.2, de pact.l.23 de except.rei jud.l.2 C.de act.emti.* & actiones inde, Judicia bonæ fidei appellantur, *§.28,30,J.de action.l.116, R.J.& paſſ.t.jur.* SPECIES harum obligationum ſunt iterum qua-

tuor: emtio & vēditio, locatio & conductio, ſocietas, mandatum, *prin. h. tt. eo. d. l. 2, de oblig. & action.*

DE EMTIONE ET VENDITIONE.

Titul. XXIV.

EMTIO ET VENDITIO eſt cōtractus ex cōſenſu, quo pretium datur pro re habenda *l. 5 prin. de præſcr. verb. l. 65, 80 fin. de contr. emt.* Explicemus verba definitionis, tùm effectum contractus. Primùm emtio & venditio eſt Contractus: contractus unus, unicus *arg. d. l. 5. v. & ſiquidem. l. 2 princ. C. de præd. & omn. reb. navicul. Vult. lib. 2. c. 9. num. 2.* licet ex diverſis partibus conſtitutus. aliud eſt enim emere aliud vendere, aliud emtor aliud venditor, *l. 1 prin. de contr. emt. l. 1, de permut.* Secundò, nuda *d. l. 1, de permut.* contrahitur, *l. 3, de reſcind. vend. l. 2, C. eod. h. tt. prin. & §. 3, eod. h. tit.* peragitur, *l. 1 §. 1, l. 9 prin. D. eod.* perficitur, *l. 2, l. 35 §. 5, eod.* finitur contrahentium voluntate

luntate & conſenſu, *l.11, C.eod.tt.* olim indiſtinctè: hodie ex Juſtiniani interpolatione contractus tantùm ſine ſcripto. nam ſcriptis emtio & venditio non aliter abſolvitur, quàm inſtrumentis contractus ipſis quoque abſolutis & conſummatis *d l.2, D.eo. prin.eod.h.tit.& §.3, eod. l.ult. C.eod. l.17 C.de fide inſtrum.* Ut nec conditionales emtiones *§.4, eo.h.tit.* aliter perficiuntur quàm impleta conditione *l.7 prin. D.eod. l.19 de hered.vend.* Quid arrhis intervenientibus, quæ plerunque dantur pro emtione? non conſtituunt ſed probant contractum, *d. prin.eod.h.tt. l.35 prin.D.eod.* & amittuntur datæ ſi emtor recuſet adimplere contractum: ſi venditor recuſet, in duplum reſtituuntur *d.prin.eo.h.tt. l.17 C.de fide inſtrum.* Poteſt autem recuſare alteruter datis arrhis ſine majori pœna in ſcriptis tantùm, imperfecto adhuc contractu: ſine ſcriptis etiam perfecto nōdum adimpleto *dd. ll.v.ſiue in ſcriptis.* Tertiò, pretium, &

id in numerata pecunia eſſe oportet *l.1 prin.l.2,l.72,D.eod.§.2,eod.h.tit.* aliàs venditio nulla intelligi poteſt *l.32 §. 19 de donat.int.virum & uxor.*non in re alia,*d.§.2,l.7 C.de permut.d.l.1,eod.* & in pecunia certa, *§.1,eod.h.tt.l.7 §.1,2,l 35 §.1,D.eod.*aliàs donec certa ſit pendet contractus *d.§.1,h,tt.l.ult.C.eo.l.7 prin. D.eod.* Quartò,rem eſſe oportet quæ emitur venditur, *l.8 princ.l.15, D. eod.* eamque habere,poſsidere, perſequi licere *l.34 §.1 D.eod.* Unde quia divini juris res in humano commercio nõ ſunt:nec publicę res in privatorum: nec liber homo in vllius: conſequẽs eſt iſtarum rerum emtionem venditionem ſtare non poſſe *§.ult.h.tt. l.4, 6 prin.l.22,23,34 §.1,et ſeqq.l.70,73, D.eo.* poteſt tamen pretium ab emtore bonæ fidei condici,& venditor non ignorãs ad inter uſurium inſuper obligatur *d.l.4,5,23,34,62 §.1,l.70,eo. Vultejus.lib.1,c.35.Vveſen paratit.D.eod.nu.7. & §.ult.h.tit.* EFFECTUS emtionis & vẽditionis in periculo & commodo

do conſiſtit rei venditæ uſque ad traditionem. de quo generaliter verũ, Ejuſdem eſſe commodum rei cujus ſit incommodum vel periculum, *§.3, eod. l.7 prin. D. de peric. & comm. l.12,13 & l. pen. C. de action. emt. l. ult. §.1, C. de furt. l. un. §.4, C. de caduc. tollen. §.7, de legit. agnat. ſucceſſ. l.55, D. pro Socio.* Eſſe autem utrumvis, I. Cujus hoc pacta ſuper eo contrahentium ſpecialiter conventa eſſe voluerint, *l.1 prin l.4 princ. fin l.7,10 prin. de periculo. l.35 §.4, l.78 §. ult. de contr. emt.* II. Perfecta venditione rei periculũ omne ſtatim emtoris eſſe, ante factam etiam traditionem *§.3, h. tt. l.7 prin. l.8 prin. l.16 de periculo. l.14 prin. de furt. l.1,4,5, & ult. C. de periculo. l.11 §.7, quod vi aut clàm. l.3, C. de ædilit. edict.* niſi quid dolo aut culpa contigiſſet venditoris, *d. §.3, l.5, 17 pr. de peric. l.3, C. d. tit. l.68 de contr. emtion.* aut cuſtodiæ neglectu, qualem bonus paterfam. præſtat ſuis rebus: *l.35 §.4, de contr. emt. l.36, de act. emt. l.1 §.1, l.2 §.1, l.3, 11, de peric. l.14 prin. de furt. l.38*

prin. de damn. infect. venditione verò nondum perfecta periculum omne & commodum rei ad venditorem pertinere, *l.1 prin. l.4 §.1, l.14 §.1, l.9, de peric. & commod.* Hæc prima fuit ſpecies obligationum ex conſenſu: ſecunda ſequitur.

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE.

Titul. XXV.

LOCATIO ET CONDUCTIO eſt contractus ex conſenſu, *§.un. ſ.de obl.quæ ex conſenſ. l.1, 14, locati cond. l.24 C.eod. tit.* uſum operarum *l. 2, 22 §.1, l.26, 51 §.1, D. locati cond. §.4 h.tit. l,5, §.1, de præſc.verb.* vel rei cuiuſquam, *§. 2, eod. l.15 §.1 fin. l.25 §.1, l.60 prin. d.eo.tt.* certâ *§.1, ſ. de emt. & vend. l 25 prin. locati. §.1, tod. h.tit. l.ultim. C.de contr.emt.* mercede præſtandi *d. §.2, eod. l.1 §.7 depoſiti. l.5 §.1, de præſcr.verb. l.52, de donat.int.vir. l.10, de adqu.vel amitt.poſſeſſ.* Cujus doctrina vel in effectu eſt obligationis ex hoc contractu, vel in ſimili-

ſimilitudine cum emtione & venditione. EFFECTUS in præſtationib. conſiſtit ad quas utrinq; vel ex conventionis lege, *l.15 princ. l.19 §.3, l.24 § 3, l.30 §.1, l.58 §.ult. l.25 §.3, D.eod §.penul eo. h.tit.* vel ex natura contractus locator conductor obligatur. *d. l.25, d §.pen.eod.h.tt.* Obligatur autem locator ad hoc; uti conductorem uti frui locato præſtet *l.15 prin. & §.1.fin. l.25 §.1, l.24 §.3, l.60 prin. D. eod.* eoq́ue reficiat dilapſa *d.l.15, & l.25, eod.* deinde; damnum ſuſtineat ex vi cui non poteſt reſiſti extrinſecus accidens, *l.15 §.1,2,3, l.25 §.5, l.33 fin. l.34,59 D.eo. l,1, 8,12 C.eo.* non ſi ex ipſa re oriatur, aut nihil præter conſuetudinem ſit, aut ſit modicum damnum *d.l.15 §.1, d.§.5, d.l.1 & l.12. C.eod.* Contrà, tenetur locatori Conductor de mercede conventa, integra, *l.19 §.7 l.55 §.ultim. l 58 prin. D.eod. l.16, C.eod.* vel temporis rati; ſi caſu non liceat perfrui toto tempore conventionis *l.9 §.1,2, §.ult. l.21, 28 §.1, l.30 §.1, eod.* eoq́ue nomine lo-

catori in prædio urbano illata invecta: *l.4, de pact. l.5, C.h.tt.* in ruſtico fructus pignori tacitè obligantur *l.24 §. 1, l.53. D. eod.* Deinde, conductor culpam in re præſtat ſuam ſuorum *l.9 §.3, l.11 prin. §.3,4, l.12,25 §.4,6, l 30 §.2, 4, eod.* & cuſtodiam; quandoq; *Vv. ſen. paratit. D. eod. nu.15.* diligentiſsimi patrisfamilias *§. pen. h. tit. d. §.6, l.40, e. d.* Tertiò, decedens intra tempora conductionis, heredem eodem jure obligatum relinquit, *§. ult. h. tt. l.10, C. eo.* Hæc de effectu. ADEO autem familiaris eſt locatio & cõductio emtionis & venditionis contractui contractus, ut iiſdẽ penè juris regulis contineatur, *prin. eo. h. tt. l.2, D. eod. tt.* & in plerìſque dubitetur, uter contractus initus eſſe intelligatur *§.3, eod. h. tit. d. l.2*, quo in genere dupliciter proſpectum eſt. primùm regula generali, TOTIES conductionem alicujus rei eſſe, quoties materia in qua aliquid præſtatur in eodem ſtatu ejuſdem permanet: quoties verò & immutatur

mutatur & alienatur, emtionem magis quam locationem cōductionem intelligi oportere l.20. *l.65, de contrah. emt. l.2, D.h.eod.tt.* § 4, *eod.* Secundò; novæ contractus ſpeciei & quaſi intermediæ inter utrumque conſtitutione, quę Emphyteuſis appellatur. EMPHYTEUSIS est proprius juſtus atque validus contractus, *§.3, eo. tt. l.1, C. de jure emphyt. Novel. 7. c 1.* quo prædia quibuſdam perpetuò fruenda tradūtur ea lege: ut quamdiu penſio ſeu reditus pro his domino ſolvatur, neque ipſi conductori neque heredibus ejus neque in quos prædia jure ab his translata ſint, aufferantur *d. §.3, h. tt. l.1, ſi ager vectigal.* Jus autem iſtius contractus vel ex conventione æſtimatur contrahentium: vel ſi nihil ſpecialiter conventum, ex periculi contingentis quantitate. quod, ſi interitum adferat totius rei; domino imputatur: ſi leve ſit vel particulare damnum; emphyteuticario conductori *d. §.3, eod. l.1, 2 prin. C. d. tt.*

DE SOCIETATE.

Titul. XXVI.

EXPOSITAE ſunt obligationũ ex conſenſu deſcendẽtium duæ ſpecies in Emtione & vẽditione Locatione & conductione: reſtant totidem, ſocietas & mandatum. SOCIETAS eſt contractus ex conſenſu §. *un.* *ſ.* *de obl. ex conſ. l.* 19, *D. pro ſocio.* cùm tractatu habito incidimus in communionem adfectione ſocietatis *l.* 31, 32, 44, 52 *princ. D. eod.* Dicitur & voluntarium conſortium *d. l.* 52 §. 6, *D. eod.* & jus quodammodo fraternitatis in ſe continet, *l.* 63 *prin. D. eod.* tamque lucri quàm damni communionem *l.* 67 *prin. D. cod.* Sed videamus diſtinctè, Quarum rerum ſocietas, Quibúſve partibus coeatur, tũ coitæ Obligationem & diſſolutionem. COITUR ſocietas vel univerſorum bonorũ generaliter, vel negotiationis alicujus reíve ſingularis ſpecialim *prin. h. tt. eo. l.* 5 *prin. l.* 67 §. 1, *l.* 73, *D. eod.* &

eod. & ſimpliciter inita, univerſorum inita quæ ex quæſtu deſcendunt intelligitur *l.7,8,12,13,D.cod.* tãtùm non rei inhoneſtæ aut flagitioſæ, damnive ex ea *l.52 fin. l.53,54, 55, 56, 57, D.eod. l.70 §.ult. de fidejuſſor. l.35 §.2, de contra. emt.l.1 §.6,de tutelæ.* Uno autem pecuniam conferente, ſolam poteſt alter operam conferre *l.52 §.5, D. eod. l.1, C. eod.§.2,eod.h.tt.* PARTES in ſocietate cujuſque vel expreſſæ ſunt vel non expreſſæ. expreſſæ ſervari debent *§. 1,eod.* niſi ſint contra naturam ſocietatis, *§.2,eod.* ut, Si alter lucrum tantum alter damnum ſentire debeat *l. 29 §.1,D.eod.* vel ad arbitrium Boni viri redigendæ ſunt *l.6,76,77,78,79, 80, D.eo.* Æquas tamen utrinque partes non eſt neceſſe ſemper conſtitui *d.l. 80,eod.l.29 prin.l.6,eo.§.1, h.tit.* non eſt neceſſe,eandem in lucro partem eandem in damno dici.*l.30,D.eo.§,2,h.tt.* non eſt neceſſe, partem eundem damni ferre,qui ferat lucri *l.29 prin.eod.* nam opera unius ſæpe pro pecunia

eſt, & operæ jactura æris amiſsio *l.5 §.1,l.6,29 prin.l.52 §.1,5,l.80,eod.§.2,h.tt.* Partibus autem in alterutra tantùm cauſſa lucri vel damni expreſsis; eædem & in altera intelliguntur *§.3,eo. h.tt.* nullis expreſsis; omni parte æquales & in lucro & in damno exiſtimantur *§.1,eod.h.tt.d.l.29 prin.eod.* Atque ita ſocietas cōeunda eſt. Coitæ OBLIGATIO adſtringit utrinq; ſocios ad lucri damni communicationem *l.2,3 C.eo.l.63 §.4,l.67 prin.l.74,D.eo.* deinde ad doli & culpæ, negligentiæ & deſidiæ *§.ult.eod.l.45,47,48,49, 50,51,52 §.1,2,9,l 59 fin.l.72,D.eod.* facti, *l.17 prin.l.39,eo.l.1,C.de comm.rer. alien.* cuſtodiæ, *l.52 §.2,eod.* non diligentiæ exactiſsimæ *l.52,D.eod. §.ult.eod.* non caſus præſtationem *d.l.52 §.2,3,eod.* EXTINGUITUR ſocietas primùm Diſſenſu ſociorum omnium mutuo *l.65 §.2,eod.l.5,C.eod.* deinde, Renuntiatione unius *l 4 fin.l.63 fin.l.65 §.6, 7,eod §.4,h.tit.* non doloſè non intempeſtiuè facta: aliàs à ſe ſocium non

ſe à

ſe à ſocio liberaret *d.§. 4, d.l,65 §.2, 3, 4,5,l.14,17 §.1, D. eod.* tertiò, Morte unius ex ſociis,& ſi plures numero ſuperſint: niſi aliter initiò convenerit *§.5,eod.l.4,35,52 §.7, l.59,60 prin. l.63 §. 8,l.65,§.8,eo.l.6 §.4,de his qui not.infam.* quartò, Capitis diminutione media & maxima,*l.4,l.63 §.8,eod.* non minima *l.58 §.2,l 65 §.10,eod.* quintò, Publicatione bonorum unius univerſali non particulari *§ 7,eo.l.65 §.11,l 63 fin. eod.* ſextò, Interitu rei, quo vel nulla ea relicta ſit, vel conditionem ſuam mutarit *l.58 prin.§.1, l.63 §.1 lt. eod.* ſeptimò, Ceſsione & Vēditione unius publica bonorum *§.8,eod.l.65 prin. D. eod.* octavò, Fine rei cujus nomine ſocietas contracta erat impoſito *d.l.65 §.9,§ 6,eod. h.tit.* nonò, Actione pro ſocio ſeu ſtipulatione interpoſita innouata, ſeu judicio agendi cauſſa ideò jam dictata *l.65 prin.l.71.eod. Vultej. lib.1. Juriſprud. c.37 fin.*

DE MANDATO.

Titul. XXVII.

TANTUM de ſocietate. MANDATUM eſt contractus ex conſenſu, *l.1 prin. D. mandati. §. un. ſ. de obl. ex conſenſ. l. 2, de oblig. & act.* ſuſcipiendi quid *§. 11, eod. l. 22 §. ult. D. eod.* gratuitò *§. ult. h. tt. l. 1 §. 2, l. 6 §. ult. l. 36 §. 1, mandat. l. 13 prin. de præſcr. verb.* De quo primùm contrahendo dicamus, tùm de contracti jam obligatione & ſolutione. in contrahendo, originem finem formam materiam conſideremus. ORIGO mandati ex officio atque amicitia trahitur, *l. 1 §. 2, D. eod.* ideoq; in ſuſcipiendo voluntatis eſt liberrimæ, *§. 11, eod. l. 17 §. 3, commod. l. 22 §. ult. D. h. tit.* FINIS mandati quintuplex eſt. aut enim contrahitur gratia tantùm mandantis, aut extranei tãtùm, aut mandantis ſimul & extranei, aut mandatarii & mandantis, aut extranei ſimul & mandatarii cauſſa *princ. eod. h. tt. l. 2 prin. D. eod.* Mandatarii verò ſo-

rò ſolius gratia non mandatum, ſed conſilium ſine obligatione mandati contrahitur, *d. prin. eod. §. 6, e d. l. 2 prin. & fin. l. 6 §. 4, l 48 §. 1, eod l 20, de his qui not. infa. l. 1 §. 10, depoſit.* niſi ſine eo facturus id mandatarius non fuiſſet *d. §. 6, d. l. 6, l. 22 §. 4, l. 32 prin. D. eod.* FORMA in conſenſu eſt vel expreſſo vel tacito: expreſſo, verbis quibuſcunq; *l. 1 prin. D. eo.* tacito, vel patientis quid pro ſe fieri, *l. 6 §. 2, l. 18, eod. l. 60, R. J.* vel intelligentis *l. 60 §. 3, D. eod.* Deinde, in contrahendo non ſolùm purè, ſed etiam in diem vel ſub conditione *§. 12, eo. l 1 §. 1, l. 12 §. ult. l. 13, 27 §. 1, l. 39 D. eod.* Tertiò, in opera gratuita. aliàs in locationem & cōductionem immutaretur, *d. §. ult. d. l. 22 §. ult. d. l. 1, D. eod.* poteſt tamen honor vel ſalarium remunerãdi gratia intervenire *l. 6 prin. l. 7, D. eod. l. 1, C. eod.* MATERIA mandati in facto cōſiſtit quod rectè mandatur, non in re. At rei turpis vel maleficij malè faciendi mãdatum; quoniam contra bonos mores eſt: obli-

gationem non parit §.7,*eo. l.6* §.3,*l.*12 §.7,9,*l.*22 §.6,*D.eod. l.*35 §.2.*de contrah. emt. l.*17,*de vi & vi arm.* ut nec impoſſibilis rei mandatum *l.un. C. ſi ſervus extero.* Cauſſas mandati quibus contraheretur expoſuimus. OBLIGATIO contracti mandati, neceſſitate adſtringit eum qui ſuſcepit mandatum ad implendum fidem cõtractus §.11,*eod.l.*5 *prin.l.*6 §.1,*l.*22 §.*ult.l.*27 §.2, *eod.l.*17 §.3 *commod.l.*5,11, *C.eod.h.tit.* & obſervandum fines mandati, *l,ult.* §. *ult.D.eo.l.*5 *prin.l.*36 §.1,2,*l.*41,46,*eo.* & §.8,*eod.h.tit.* deinde, ad doli & culpæ *l.*10 *prin.l.*8 §.*ult.l.*22 §.7,*l.*42, 44, *D.eod. l.*9,11,13, *C.eo.* non caſus prǽſtationem *d.l.*13, *C. eod.* & ad reddendum omne emolumentum perceptum *l.*10 §.2, *l.* 20 *prin.l.*55,*l.*60 §.*pen.D.eod.* Mandator ex contrario ad intereſſe mandatarii obligatur, *l.*22 §.4,*l.*26 §.*penul.* & *ult.l.* 27 §.5,*l.*49, *D.eod.* & ſumtuum bonæ fidei reputationem *l.*12 §.5, §.*ult. l.*10 §.8,9,*l.*26 §.*ult. l.*27 §.4, *l.* 45 §.5, *D. eod. l.*11,20, *C.eod.* Hæc obligatio eſt contracti

tracti mandati. SOLVITUR mandatum integra tãtùm re, tribus modis: primùm Revocatione ſeu mutata voluntate mandantis *l.12 §.12, l.27 §.1, D.eod. §.9, eod. h. tit.* non neſcio mandatario *l.15, D.eod.* Secundò, renuntiatione mandatarii tempeſtiva *§.11, eod. l.22 §.ultim. l.27 §.2, D.eod.* Tertiò, morte alterutrius ſciente altero *l.26 prin §.1, l.27 §* [illegible] *57, 58 prin. D.eod. l ult. de ſolution. l.15, C. hoc tit. §.10, e*[illegible]*d. l.8 C. de oblig. & act. l.41, de reb. cred. l.19 §.3. de donat. l.77 §.6, de legat. 11.*

DE OBLIGATIONIBUS QUAE QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR.

Titul. XXVIII.

ADHUC SPECIES obligationũ propriè ex contractu fuerunt: quæ ſequuntur non propriè ex contractu ſubſtantiam capiunt; ſed tamẽ quia non ex maleficio oriũtur, quaſi ex contractu naſci intelliguntur *pr. & §.2, 3, 5, eod. l.5 §.1, 2, de oblig. & act.*

Eæ ſunt quinque. Prima ex NEGOTIIS GESTIS, cùm quis ſine mandato negotia geſſerit alterius ignorantis vel hereditaria *l.* 2, 3, 21 §. 1, *de negot. geſt.* §. 1, *eod. h. tit. l.* 5 *prin. de oblig. & action.* Obligans ultrò citroque *d.* §. 1, *h. tit. d. l.* 5, *d. l.* 2, ex utroque latere *l.* 6 §. 3, *eod. de negot. geſt.* mutuò *d. l.* 6 §. 9, *eod.* utrumq; cōmuniter primùm; ad id quod alterum alteri ex bona fide præſtari oportet *l.* 5 *prin. de obligat. & action.* Utilitatis abſentiũ gratia, ut ne indefenſi maneāt, *l.* 1, *de neg. geſt. d.* §. 1, *d. l.* 5. & neceſsitatis cauſſa rerum defuncti *l.* 3 §. 2, *D. eo.* Deinde ſpecialiter; Geſtorem, ad reddēdum adminiſtrationis ſuæ rationem, *d.* §. 1, *h. tit. l.* 2, *d. tit.* & quod ex his negotiis retinet; quodque non ut oportuerit geſſerit, *d. l.* 2, *l.* 8 §. 1, *de neg. geſt.* doli non tantùm & culpæ *l.* 11, *d. eo. tit.* ſed negligentiæ etiam diligentiæque exactiſsimæ *d.* §. 1, *eo. l.* 6 §. *ult. l.* 21 §. 3 *fin. d. eo. tit. l.* 20, *C. de neg. geſt. l.* 23, *R. J.* & caſus culpæ (non tamen fortuiti, *l.*

22 *C.*

22 *C.eod.*) æſtimatione *d.l.11, l.38 pr. l. l.13, d. eo tit.* Dominum autem rei geſtæ ſi geſtum utiliter, *d l.2, d.§.1, h.tit. l.10 C. eod.* tametſi non effectum habuit inceptum utiliter utilem, *l.10 pr. l.12, 13, d.eod. tit.* vel geſtum quomodocunque ſi ratum habuerit: *l. 9, D. eod.* ad impenſas in rem ejus bona fide factas, vel obligationem pro eo interpoſitam, *d.l. 2, l.8 §. 2, l.10 princ. l. 28, 45 prin. eod. l. 16 C. eod.* & uſuras quas præſtitit geſtor vel percipere potuit ex impenſa pecunia, *l.19 §. 4, d tit. l. 37 de uſur. l 18. C.eod.d.tit. l.* Secunda non propriè ex contractu obligatio eſt TUTELA *l.ult. Rem pupilli vel adol ſc. ſalv.* qua mutuò pupillus tutori pupillo tutor tenetur, *§.2, eo.d. tit. l.1 pr. de contrar. tut. l.5 §.1, de oblig. & action.* ad bonam fidem *l.1 §.1, de tutele. l. 5, C. de teſtam. tut. §.28 ꝑ. de actionib.* Specialiter verò: Tutor pupillo, ad reddẽdam rationem adminiſtrationis & reliqua *l.1 §.2, d. tut. l.e. l.9 C. arbitr. tut. §.2, ſ. de ſatisdat. tut. §.ul . de*

Attilian.tut. præſtandumque dolum, latam & levem culpam in rebus pupilli, ut ſuis in rebus, *d. l. 1, l. 7, C. arbitr.tutel. l. 6, C. de teſtam. tut.* non tamen caſus fortuitos *l. 4, C. de periculo.* Pupillus ex contrario obligatur tutori, ad impenſas & obligationem pro ſe perſonæ vel rerum tutoris factam bona fide *d. §. 2, h.tit. d l. 5 §. 1, de oblig. & action. l. 1 §. 4, l. 3 §. 1, 2, de contrar. tut.* Tertia obligatio eſt ex rerum inter aliquos ſine ſocietate illa conventionali COMMUNIONE, quando non conſenſus mutuus, ſed res aliquos ad ſocietatem conjunxit *l. 25 §. 13 Famil. erciſcun.* veluti pariter pluribus legata donatàve, *§. 3, eod. h. tit. l. 2 prin. Commun. dividun.* vel hereditas pluribus unà accidens *tot. t. D. & C. Famil. erciſc. §. 4, eod. h. tit.* Unde, inter ſe mutuò non tantùm ad lucri & fructuum ex re communi, *l. 3, 6 §. 1, 3, l. 4 §. ult. Comm. divid. l. penult. C. eod. d. §. 3, eod. h. tit.* vel hereditatis *l. 9, 13, C. Famil. erciſc. l. 11, 12 prin. l. 44 §. 3,*
l. pen.

l. pen. D. eo. tit. §. 4, 7 de off. judic. ſed damni quoque fortuiti, *d. l. 6 §. 1, l. 26, d. tit.* & ſumtuum tenentur communicationem *l. 4 §. ult. l. 5, 6 §. 2, 3, d. eod. tit. l. penult. C. eo. d §. 3, h. titul. l. 18 §. 3, D. & l. 18 C. famil. erciſcun.* non doli, facti, & culpæ; quæ cuique propria nocent, *d. l. penult. C. eod. l. 3. 6, §. 1, l. 8 §. 2, l. 20, 23, 26, D. eod titul. Commun. divid. l. 16 §. 3, l. 25 §. 13, 14, 15, l. 44 §. 2, D. & l. 19 C. famil. erciſcun.* Quarta obligatio naſcitur ex HEREDITATIS ADITIONE, qua contrahere videtur cum legatariis & fideicommiſſariis quodammodo, qui adiit hereditatem vel miſcuit ſe illi *l. 3 fin. l. 4, Quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l 19 R. J. l. 3 §. ult. de condict. cauſ da. §. 5, eod h. tit. l. 5 §. 2, de oblig. & action.* eoque tenetur præſtandis relictis parêre voluntati defuncti *d. l. 3 §. ult. Novell. 1. c. 1. l. 16 §. 11. ad SC. Trebellian.* Quinta obligatio non propriè ex contractu, naſcitur ex INDEBITI SOLUTIONE, cum quis per errorem, *l. 7, 16, 49*

prin. l.54,59,de cond.ẽt. ind.b. l.1,5, C. d. eod. tit. §.1, ſ. quib. modis re contrah. obl. §.6,eod.h.tit. vel imprudentiam, *l.11, 32 §.1, de cond.ẽt. ind.b.* falsò debere ſe exiſtimans *l.19 §.1, l.22 prin. l 26 §.11, d. eod.tit.* non debitum ullo jure *l.26 §. 3, l.47, l.65 §.ult. dict.tit.* perperam, *l. 40 prin. d.tit. l 26 §.1, de pact. dotal.* ſolvit vel promiſit, *l.1, 31, d.eod.tit. l.2 C. eod. l.3 §.ult. Si cui plus quàm per.* Ex quo perinde is qui accepit ex negotio contracto *l.2,33,d.titul.* re obligatur, ac ſi mutuum accepiſſet *§. 6 fin. h.tit. d. §.1, ſ. quibus mod. re contrah. obl. l.g. l.5 §.4, de oblig. & action.* ad dati & accepti vel ipſius vel tátidem ex eodem genere reſtitutionem *l.17, 26 §. 2, l.65 §.4.d eod.titul. l.1, C.eod. l. penult. de præſcript. verb.* niſi ſit ex tali cauſſa ſolutum, ex qua inficiando lis creſceret *§.ult. h.titul. l. 4 C.de ind.b. cond.ẽt.* Ut creſcere ſolet in damno injuria dato, *l.2 princ. l.23 §. fin. ad l. Aquil l.14, de rei vind c.* depoſito tumultus ruinæ incendii naufragii cauſſa.
L 1 §.

*l.*1 *§.*1, *l.*18, *D.depoſiti.* legato per damnationem *V.Ulpian.fragm. tit.*34. *§.*3. olim quovis : hodie quolibet modo ſed piis tantùm cauſsis relicto *d.§.ultim.h.tit. §.*1,*ĩ.de pœna tem.litigant. §.*19, 23, 26, *ĩ. de action. l.*32 *§.*2, *de condiction. indebiti.*

PER QUAS PERSONAS OBLIGATIO NOBIS adquiratur.

Titul. XXIX.

HACTENUS obligatio ex ſuo cuique contractu potiſsimùm quæſita eſt: ex alieno facto nulla nobis obligatio, *l.*3 *C. ne uxor pro marit.* nulla actio quæritur *arg.l.*14 *§. penult. de except. rei iudic. l.*1 *§.pen. Tutelæ.* niſi per certas perſonas; jure vel poteſtatis vel poſſeſsionis vel uſusfructus. & poteſtatis vel dominicę vel paternæ. dominicæ per SERVUM, ex omni cauſſa & pleno jure, *pr.eo.h.titul. l.* 56, *de oblig. & action. §.*3, *s̃.per quas perſon.cuiq.adquir. prin. & §.*1, *s̃.de ſtipulat.*

ſervor. l.1 §.13, depoſit. l.19 de ſolut onibus. proprium quidem; in ſolidum. communem; pro dominica parte *§. ult. eo. h. titul. §. ult. ſ. de ſtipulat. ſervor. l. 5, 7 prin. l.19, D. de ſtipul. ſervor.* niſi vel unius juſſu ſpecialiter, vel uni nominatim, vel ex re unius propria contraxerit *d. §. ultim. l.1 §. ultim. & §. 2, l. 5, 28 §. 3, de ſtipulat. ſervorum. l.23 §. ult. l.63 §. 2, de adquir. rer. domin.* Paternæ jure poteſtatis per LIBEROS qui ſunt IN POTESTATE adquiritur quidem patri obligatio; ſed hoc novo jure tantùm quoad uſumfructū, dominio penes filium ipſum familias ſalvo *§. 1, ſ. per quas perſon. l. 6, & tot. tit. C. de bon. quæ liber. l. ult. C. de legitim. hered. Novell. 22. c. 34.* niſi quod ex re patris contraxerit *d. §. 1, ſ. per quas perſon. Althuſ. lib. 1. Jurispr. d. Rom. c. 13.* Poſſeſsionis jure adquiritur, Bona fide non mala *l. 57, de adquir. rer. domin. l. 1, C. de rei vindic.* poſsidenti, per LIBEROS HOMINES & SERVOS ALIENOS, ex duabus tantùm cauſ-

ſis:

ſis: una, Operis ſuis: altera, Re poſſeſſoris *§.1, eod. h. tit. l.10 §.4, l.19 princ. l.23 prin. de adquir. rer. domin. l.1, C. de rei vind. c. l.41, de reb. credit.* ex aliis cauſſis adquiſita, vel adquirentis fiunt ſi ſit liber: vel domini veri ſi ſervus *d. l.10, l.21,23 §.1, l 43 prin. l.54 §.2, l.19 pr. de adquir. rer. domin. §.4, ſ. per quas perſ. cuiq. adqu.* Uſusfructus nomine ſimiliter ex duabus tãtùm, Operarum & Rei fructuarii cauſsis adquiritur fructuario à SERVO cujus ei eſt USUSFRUCTUS: ex aliis omnibus domino proprietatis *§.2, eo. h. titi l. d. l.10 §.3, l.37 §.2, de adquir. rer. domin. l.63 de Solution. l.21,25 §.3,6, l.26, de uſufruct.* Et hactenus quidem ex omni contractu propriè & non propriè, ſuo & alieno nomine obligationem conſtitutam abſolvimus.

QUIBUS MODIS TOLLATUR OBLIGATIO.

Titul. XXX.

SEQUUNTUR MODI reſolvendę obligationis ita hactenus conſtitutæ; qui tres numerantur. primus SOLUTIO; quæ generaliter omnem cōtinet liberationem & ſatisfactioctionem factam quolibet modo *l.52, 54, de Solut. & liber.* propriè; Debiti naturalis eſt præſtatio *l.49 D. eod. Cujac. parat. D. eod. h. titul.* In qua res verſatur ſolvenda, & perſonæ. perſonæ tàm ſolventes quàm quibus rectè ſolvitur. RES eſt ſolvenda ipſa quæ debetur, *prin. eod. h. tit.* non aliud pro alio *l.2 §.1, de reb. credit. l.50, de ſolution.* niſi creditori volenti *l.1 §.3, de pecun. conſtit. l.46, de Solution. l.20 C. eod. d. tit. Novell.4. c.3. l.26 §.4, de condict. indebiti.* & ſolvenda eſt integra *VVeſenb. parat. D. de Solut. num.5. Vultej. Jurisprud. lib.1. c.53.* niſi convenerit, ut liceret quoque

que

que particulatim exſolvere, *l.* 41 §.1, *de Uſur. l.90, de Solut.* vel jubente magiſtratu *l.21, de rebus credit.* §.1, *eod.h.tit. fin.* SOLVERE POSSUNT, non tantùm qui debet ipſe, ſed quicunque volens pro eo; *l.40,53, d.titul.eod. l.* 1 §. *penult. de exercitor. action. l.51* §.1, *de re judic. l.17, C.d.eod.titu de ſolut.* eoque & ignorante & invito *prin. eod.h.titul. l.* 24,53, *D.eod. l.43,39 de negot. geſt.* & reo ſolvente, non tantùm ipſe, ſed & accesſiones & pignera liberantur *l.38* §.2, *l.43,95* §.3, *D.d.tit. l.18, ad exhibend. l.19, de dolo malo.* ſolvente fidejuſſore liberatur & reus *d.prin.h.tit. l.36, de fidejuſſor.& mandat.* SOLVITUR debitum ipſimet creditori *l.49 de Solution.* ſanæ mentis *l.68, D.eod.* & ætatis juſtæ, *dict.l. 68, l.15, eod. l.7* §. 1 *de minor.* XXV. *ann.* non alii pro alio §. 10, *ſ.* *de mandat. l.34* §.6,9 *de Solution.* niſi juſſu vel ratihabitione creditoris, *l.34* §.7, *l.49, l.64,89* §.1, *D. eod. l.4, C. eod l.3* §. *ult. l.26 prin. de donat.int.vir. l.14* §.1, *de ſtatu lib.* vel vero procuratori; cui vel

mandata ſpecialiter acceptatio ſolu-tionis, vel omnium rerum admini-ſtratio generalis *l.* 12, 86, *de Solut. l.*11, *de pact. l.*24, *de negot. geſt.* Secundus tol-lendæ modus obligationis eſt NO-VATIO, ſeu prioris debiti in aliam obligationem civilẽ vel naturalem transfuſio atque translatio, *l.*1 *prin. de novation.* quæ ſimilis eſt ſolutioni, *l.*31 §.1, *d. eod. titul.* & tollit obligatio-nem priorem ſi ipſa teneat ullo jure, §.3, *h. tit. l.*1, 8 §.4, *l. ult.* §. *ult. D. eod. dict. tit. l.* 2, 3, *C. eod.* & olim Fiebat vel ex-preſſa voluntate agentium hoc ut novaretur obligatio, *l.*2, 8 §.1, *D. d. eo. tit. l.* 1, *C. eod.* vel tacitâ, ipſa lege; ſi quid in qualitate vel perſona prioris obligationis novi fieret §.3, *eod. h. ti-tul. l. ult. C. eod.* hodie, niſi id expreſsè inter contrahentes convenerit, non tollitur obligatio prior, ſed alia illi accedit, & ex utraque cauſſa debetur atque exigitur, *d. l. ult. d.* §.3, *Vult. lib.* 1. *c.*56. *VVeſenb. parat. D. de novat. num.*6. *l.*4 *fin. de uſur.* Tertius modus tollen-

dę obligationis eſt MODUS ejuſdem CONTRACTAE. prout enim quidque contractum eſt, ita & ſolvi debet *l.80, de Solut. & lib. l.8 §.2, de acceptilat. l.35, de R.J. l.46, de adquir. vel amitt. poſſeß.* hiſdem modis in contrarium actis, *l.153, de R.J.* Ex quo re contractum reſolvi debet, *d.H.l.80*, & litteris contractum contraria ſcriptura, *l.14 C.de contrah. vel committ. ſtipul. l.11, C.qui potiores. l.18 C.de teſt bus.* contractum per verba verbis: conſenſum conſenſu *§.1, & §.ult. h.eod. titul.* Sed verbis facta verborum obligationis reſolutio ſpeciali appellatione ACCEPTILATIO dicitur. eaque ob id; verborum definitur obligationis *l.8 §.2, l.19 prin.de acceptilat. §.1, eod. h. tit.* per mutuam interrogationem liberatio, *l.1, de acceptilat. l.9 §.4, quod metus cauſa.* & imaginaria quædam ſolutio *§.1, eod.h.titul.* non vera: ſed vera ſatiſdatio *l.49 de Solution.* quę verbis tantùm fit tantumque in verborum obligatione, *d. §.1, d. l.8 §.2,*

l.19 prin.de acceptilat. niſi ſtipulatione Aquiliana quam ſequatur acceptilatio præcedente.*l.18 §.1,d.eod.tit.* STIPULATIO autem AQUILIANA ex conſenſu redditur, *l.5, de tranſaction.* & omnium rerũ obligationem qualemcunque in ſtipulatum primò deducit, perque acceptilationem deinde perimit *§.1,2, eo.h.tit. l.4, de tranſaction. l. ult. C. de acceptilation.* Atque hæc nobis hactenus de obligationibus quæ ex contractu naſcuntur dicere neceſſarium fuit.

LIBER

LIBER QUARTUS.

DE OBLIGATIONIBUS QUAE EX DELICTO naſcuntur.

Titulus I.

SEQUUNTUR OBLIGATIONES ex delicto propriè & non ꝓpriè deſcendentes; quæ omnes ex re naſcuntur, id eſt ipſo delicto, *pr.eo.h.tit. l.4,de obligat.& action.* DELICTUM tametſi cum crimine confundatur plerunque *l. 2, de re militar. l.1, de veteranor. & milit. ſucceß. l.11 §.2, de pœn. l.3, ad SC. Turpillian.* idemque ſit cum maleficio, *l. 53 princ. de Furt. l. 4, de oblig.& action. l.1 prin. Si fam.furt. tot.titul.ī. de oblgat. quæ quaſi ex delicto naſc. l.14, ad l:g.Cornel. de ſicar. §. ult. ſ. de obligation.princ. h. tit. eod. & paßim.*

& peccato: *l.52, de oblig. & act. l.ult.de variis & extraord. pr. ĩ. de obl. quæ quaſ. ex del.l.18 prin.de injur.l.244,V.S.* tamen propriè privatum tantum eſt, oppoſitũ crimini *l.17 §.15, de ædil.edict. Cujac. paratit. D. de priv. del.* & quo privatorũ utilitas præcipuè læditur *l.9. §. 5, de publican.* & res familiaris. *l.un.C quando civ.act.crimin.præjud.* eſtq; quadruplex; furtum, rapina, damnum, injuria *prin.eod.hoc tt.l.4, de obl.& act.* totidemq; ex hoc obligationes propriè deſcendẽtes. Furtum eſt cõtrectatio frauduloſa lucri faciendi cauſſa rei vel uſus vel poſſeſsionis alienæ *§.1, eod.hoc tt.l.1 §.1, de furt.* lege naturæ prohibitum admitti *dd.ll.& l.42, V.S.* Dicitur aliquando Furtum pro re furtiva *l.3,4,7, &c. D.eod.* dictum vel à Furvo vel Fraude vel Ferendo vel à Græco φὼρ, *§.2, eod l.1 prin. d.eod. tt.* Hujus diviſiones duæ ſunt, una veteris antiquati juris, altera poſterioris uſitati. Ex priore; furtũ aliud conceptum aliud oblatũ eſt: aliud prohibitum

hibitum aliud non exhibitum furtū. Conceptum, quod apud aliquē teſtibus intervenientibus quæſitum & inventum hoc eſt conceptū *Paul. recept.ſentent.lib.2.tt.31.* erat. Oblatū, quod alicui ut apud eum conciperetur oblatum fuit. Prohibitū, quod concipi apud aliquem prohibebatur. Non exhibitum, quod conceptū non exhibebatur *§.3, eo. h.tt. Theop. eo. Paul.d.loc.* Poſteriore furtum ex initio facti *l.6,7, D. eod.* manifeſtum eſt vel nō aut nec (*uſitata ll.12 tabb.phraſi Vultej.lib.1.c.48 l.13 §.2, de jurejur.ut ſimile in l.17, de pact. dotal. v.nec valere*) manifeſtum *§.3,5, eod.l.2, D.eod.* Manifeſtum eſt, depræhenſum furtum, *l.7. D. eod.* antequam loco deſtinato res perferretur *d.§.3, l.3,4,5,6,7, eod.* Non manifeſtum eſt aliud omne, *d.§.3.fin. §.4 fin, eod.l.5,7,8, l.34,52 §.ult.l.35, D.eo.* Deinceps in furto perſonas obligationi intervenientes animadvertendæ ſunt, cōmiſſum ipſum & pœna. perſonæ obligandæ furto, & obliga-

tionem ex eo adquirentes. OBLIGANTUR FURTI non ſolum contrectans fur, ſed etiam qui opem & conſilium ad id dedit *§.11, eod. l.50 §. 1, l.52 §.13 D.eo. l.6, de cond.furt.* junctim *l.53, de V.S.* vel opem certè, *l.54 §.4, D. hoc tit.* niſi conſilium ipſe capere non poſsit *l.90 fin.eo.* II. Servus & Filiusfam. faciunt quidém furtum ſed non obligantur his quorum ſunt in poteſtate *§.12, eod. l.16,17 prin. l.36 §.1, D. eod. l.31 § 1, de ædil. edict. l.1, de act. rer. amotar.* III. nec Impubes obligatur, niſi proximus pubertati *§.18, eod. l.23 prin. l.24, eod. l.7, C. de pœn.* ADQUIRITUR OBLIGATIO furtiva his qui agere poſſunt furti, nõ tàm dominii jure domino rei, q̃ interuſurij ei cujus rẽ ſalvá eſſe intereſt *l.10,14 §.2, l.80 pr. d. eo. tt. l. ult. C. de furt. §.13, eod. h. tt.* ex honeſta cauſſa, *l.11,76 §.1, eod. tt.* vel quod damnum paſſurus nõ lucrum facturus ſit, *l.71 §.1, l.49 d. tt. eod.* vel quod res perierit culpa periculóve ſuo *l.14 §.9,14, & ult. l.12 prin. l.78, D. eo.*

Unde,

Unde, Pignore ſurrepto licet à debitore, *§.14, eod. hoc tt.* creditor furti rectè experitur *§.14, eod.l.12 § 1, l.46 §. 3,eo.l.26,C.de pignorib.* Locato conductor, niſi ſit non ſolvendo locatori *§. 15,eod.l.12 prin. l.90 prin.eod.* Bona fide poſſeſſor ablata re poſſeſſa *d.l.12,20 §. 1. l.52 §.4, l.74,eod. l.21 C.eod.* Commodatarius qui ſoluendo ſit, ablato cõmodato *l.14 §.13, l.15 §.1, l.53 §.1, D.eod.* ſed hodie commodatarius furti non agit, niſi ſatisfecerit commodatori cõmodati *§.16, eod.l.ult. C.eod.* Depoſitarius quoq; ſurrepto depoſito nullam habet actionem ſed ipſe depoſitor *§.17,eod. l.14 § 3,4,D.eod. l.2 §.19,20, Vi bonor. rapt. l.1 pr.furti adv. naut.caup.* Tantum de perſonis. In commiſſo furti duo conſideranda ſunt: Modus faciendi furti, & Res in qua fiat. FIT FURTUM, primùm Amovẽdo rem alienam intercipiendi cauſſa domino ejus invito *§ 6,eod. l.54,§.1,eod.* deinde, alienam rem invito domino (non volente *§.8,eod. l.43 §.1, l.48 §.2,*

D.eod. l.20 C.eod.) clàm *l.72 D.eod. l.2 §. 19,20, Vi bonor.raptor.prin.fin. & §.2 fin. ſ.de vi bon.raptor. Auth.ſed novo. C.de fugitiv. Nov.134.c.ult.* Contrectando, *d. §.6, eod. l.6,9,17 prin. l.65, D.eod.prin.ſ.vi bon.rap.* vel Attingendo, *l.ult. C.unde vi.* vel Utendo, *l.40,54 prin. & §.1, l.82 prin. l.48 §.3, l.67 §.ult. D.eo. l.pen. de cond ſt. cauſ. dat. l.16, de condict. furtiv.* vel Abnegando, Suſcipiendo, Celando, Retinendo, *l.1 prin. l.48 §.2, l.52 §. 1. l 67 prin. D.eo. l.44, de adq.rer.dom. l.6. C.eod. §.4 fin.eod.h.tt.* Vendendo Tradendo, *§.2, ſ.de uſucap. l.1,7, C.pro emptor.* Emendo, *l 12 C.eod.* adfectu furãdi *§.7, eod. d. §.2, ſ.de uſuc. l.41 fin. ad l. Aquil. l.36 §.1, l.37, de uſucap.* Sequitur RERUM doctrina. Furtum ergo tàm liberorum hominum fit *§.9 eod. l 14 §. 11, l.38 eod* & ſervorum, *l.48 § 4, l.60, l. 82 §.2, eod.* quàm aliarum rerum : ſed alienarum *§.6, eod. d. §.2, ſ.de uſucap.* non rei quæ ſine domino *l.43 §.4,6, eod. l.ult. D.expil.hæredit.* Ut Hereditariæ, *l.14 §.12, l.68, 83 prin. D.eod. l.33, de adq.*

adq.rer.dom. l.1 §.9 Si is qui teſtam l.2 §. 3, & tot.tit. Exp.l.heredit. l.40, de noxal. action. l.6 §.ult. de act. rer. amotar. non Suæ rei, *l.59 D.eod.* ſuæúe exiſtimatę, *l.21 §.1,3, D.eod.* niſi cum alterius intereſt non ſurripi, *d.l.59, l.53 § ult.eod.* Ut in pignore creditoris à debitore ſurrepto *§.10,14, eod. l.12 §.1, l 19 §.1, l.61 §. 5, l.41 §.1,5, D.eod.* tantumq; mobilium rerum furtum committitur, non immobilium *d.§ 2, ſ.de uſucap. l.38 D.de uſucap. l.25 prin. D.hoc tt.* corporalium tantum non incorporalium *l.75, D. eod.* POENA furti hoc jure ſi manifeſtum ſit quadrupli eſt, ſi nō manifeſtum dupli reſtitutio *§.5, & ult. hoc tt. l.46 §.2, D.eo. l.11 C.eo. §.18,23, ſ. de action. §.1, ſ. de pœn. temer. litigant.* non ejus quod intereſt ſed veri pretij *l 50. prin. D. eod.* extra rem ipſam & ipſam reſtituendam *§. ult. eod. hoc tt. l.48 prin. D.eod. l.12 C.eod. d.§.18,26 de action. d.§. 1, ſ. de pœn.tem.litig.* Hodie pœna corporalis, & ordinaria capitis eſt in furto quinq; ſolidis maiore *§. ult. De*

pace ten.& ej.violat. lib.feud. 2.Cōſt. Carol n. art.157. extraordinaria minore *l.ult.D.eo.Vveſen.paratit.D.de furt.n.15.*

DE VI BONORUM RAPTORUM.

Titul. II.

SECUNDUM privatum delictum RAPINA eſt, quæ differt à Raptu: eo quod ille perſonarum eſt; *Vultej.lib.1 Iuriſpr.c.49.fac.tot.tt. C.de rapt. virg.* Rapina; violenta *l.3 §.4 de incendio.l.2 §.1,§.6,D.vi bon.rapt.prin.hoc tt.* bonorum *doc. Rubr. h. & D.& C.eod. tt.*ablatio *d.l.2.§.14,18, eod·§.1,2,eod. hoc tt.l.1,C.eod.*& furtum improbius *prin. eod. hoc tt ..l.2 §.7, D.eod. l.14 §.12, quod met. cauſ.* Quo Raptor alienarum rerum *prin.eod.h.tt.*mobilium, *l.1,C.eod. §.1. fin. hoc tt.* rapiens dolo malo, *§.1, eod l.2 prin.§.2,5,14,eod.*& furti manifeſti nomine communiter, *prin.eod.hoc tt. l.1 prin. D.eod.l.80 §.2,de furtis.* & de bonis raptis *l.52 fin.de furt.* præter publicum judicium ex L. Iulia, *l.2 §.1 §. 20,eod.*

20, *eo. t. tt. D. & C. ad l. Jul. de vi publ. vel priv.* quibus ex cauſsis fur furti in re clàm ſurrepta, *§. ult. fin. eod. l. 2 §. 19 eod.* obligatur propria & prætoria *d. prin. eod. hoc tit.* privata actione, *l. 2 §. 1, eod.* ei, cujus bona *d. l. 2 pr. §, 8 eod.* cujúſve ex bonis ita ut ejus interſit *§. ult. eod. hoc tt. l. 2 §. 18, 19, 20, D. eod.* res vel minima rapta ſit, *d. prin. eod. hoc tt. l. 2 §. 8, eod. Nov. 63. c. 1.* ad quadrupli (quo res ipſa comprehenditur *d. prin. eod. hoc tt. §. 19, J. de actionib.*) intra annum utilem, *l. 2 §. 10, eo. l. ult. C. eod.* ſimpli poſt annum reſtitutionem *l. 1 pr. l. 2 prin. l. 4, §. 4 D. eo. l. 2, 3, 4, 5, C. eo. l. 52 fin. de furt.* Rapiens autem ſine dolo malo per errorem: rem alienam; & ipſam reſtituit & æſtimationē inſuper ejus: ſuam rem; dominium ejus amittit *§. 1, eod. hoc tt. l. pen. ad l. Jul. de vi priv. l. 12, 13, quod met. cauſ. §. 6, J. de interdict. l. 7, l. 10, C. de interd.*

DE LEGE AQUILIA.

Titul: III.

TERTIA privati delicti ſpecies eſt DAMNUM *pr. §. de obl. quæ ex del. naſc. l. 4, de obl. & action.* vel damnũ injuriæ, *prin. eod. hoc tt. l. 57, Locati. l. 32, 41 prin. D. hoc tt. §. 23, ǰ. de actionib.* vel injuria, *l. 1, 5 §. 2, l. 11 §. 7 l. 27 §. 11. l. 29 pr. &c. D. eod. l. 19 Commodat. l. 41, locat.* vel per injuriam datum, *§. 13, eod. hoc tt. l. 1, C. eod.* quod eſt Culpa datum faciẽtis *prin. ǰ. de injur. l. 1 prin. D. eod. d. tt. l. 5 §. 1, D. hoc tt.* Dicitur & damni culpa, *l. 45 §. 3, D. eod.* & omne continet contra jus hoc eſt injuria uel non jure factum, *l. 5 §. 1, eod. §. 2, hoc tt. l. 1 prin. D. & pr. ſeq. tt. de injuriis.* quod cũ damno injuriam attulit. *l. 49 §. 1, eod.* ſeu dolo commiſſum facientis *§ 3, hoc tt. l. 30 §. 3, l. 31, D. eod.* ſeu culpa quali quali; etiam leuiſsima quàm diligens aliquis prævidere potuiſſet *l. 5 §. 1, l. 31, 44, eo. d. §. 3, 14, eod. hoc tt.* à qua Imperitia non excuſatur, *§ 7, eo. hoc tt. l. 7 fin. l. 30 §. 3, D. eod.* non Sævitia nimia, *l. 6,*

*hoc tit.l.5 §.ult.l.7,eod.l.13 §.4,Locat.*nec Temeritas, *§.8,eod.hoc tt. l.8.pr.& §.1, eod.*vel Imprudentia, *§.4,5,eod.l.31, D. eod.* Caſus autem fortuitus ſine culpa contingens facientis, *§.3,eod. l.45 §.2, l.49,fin. l.52.fin.eod.*vel Factum jure,non continetur *§.2, eod. hoc tt. l.4. prin.l.30.prin.l.45 §.3,D.eod.* Sed damnum hoc alias corpori infertur vel à corpore: aliàs alio modo *§. ult.eod.h. tt.*de damno illato præcipuè corpore ſuo lex lata eſt à Gallo Aquilio Trib.pl.Aquilia,*pr.& § 15,eod.hoc tt.l. 1.prin.D.eod.* tribus capitibus: quorũ primum & tertium in uſu ſunt, ſecũdum in deſuetudinem abijt *§.12, eod. l.27 §.4,eod. V.Cujac.paratit. D.eod. Vultej.lib.1.c.49.* PRIMO cavetur, Si quis alienum ſervum aut ſervam, *l.2 prin. l.3.D.eod.* alienam quadrupedem vel pecudem ex earũ numero quæ gregatim paſcuntur *d.l.2 §.1,eod.§.1, eod. h.tt.l.5,C.eod.hoc.tit.* injuria occiderit, qualitercunq; *prin.eod. hoc tt.l.7 §.1,2, l.52 prin.eod.* non cauſſa data qualibet

mortis ſed adhibita vi & quaſi manu; *l.51.prin.D.eod.* obligetur domino *l.11 §.6, l.13 prin.D.eod.* in tantum æris, Quanti ea res in eo anno retrorſum plurimi fuerit, *d prin.& §.9, eod.hoc tt. l.2 prin. & §.1, l.21, 23 §.2, 3, 4, l.55. cod.* quãtiq; prẹterea domini interſit occiſam nõ fuiſſe *l.21 §.1, l.22 pr. l.23 prin. §.2, l.33 pr.l.37 §.1, l.51 prin.l.55, eod. §.10 eod.hoc tit.* Tertio capite L. Aquiliæ cavetur; primùm, Si quis ceterarum rerum præter hominem & pecudem aliquâ, alteri damnum faxit, *l.27 §.4.eod.* lædendo vel occidendo, *§.13.eod.hoc tit.l.29 §.4, eod.* urendo, *d.§. 4, & 5, 7, 8, eod. D. §.13, hoc tit. l.1. C.cod.* frangendo, *d.l.27 §. 18, 20, eod.* rumpendo vel corrumpendo, *d.§.13, hoc tit.l.27 §.10 & ſeqq.l.29 prin. l.40, 41, eod. l.ult. C.eod.* deinde; Si non occiderit quidem hominem vel pecudem alienam: vulneraverit autem vel læſerit *l.15 §.1, l.27 §.4, l.30 fin. l.52 prin.D. cod.d.§.13, eod.hoc tit.* ad extremum, Si liberum vel ingenuum filiumfam.

alterius

alterius læſerit, *l.5.fin.l.7 §.3,eod.* duobus prioribus caſibus; Quanti ea res retrò diebus XXX proximis plurimi fuerit, *d.l.27 §.4, l 29 §. ult.eod. §.14.15, hoc tit.* poſteriori; ad impendia damnetur & operarum æſtimationem *l. 7,prin. D.eod.* Ex utroq; verò capite creſcit ex L. Aquilia adverſus inficiantem pœnæ in duplum condemnatio *l.2.prin. l.23 §.7 fin.D.ad l. Aquil. l.4,5,C.eod. §.23,26, J.de actionib. §.1,J.de pœn.tem.litig. §.ult.de oblig. quæ quaſ.ex contr.* Ita quidem damno per injuriam à corpore præcipuè illato: illato autem corpori quidem ſed non à corpore, utiles actiones ad exemplum L. Aquiliæ per interpretationem prudentum proditæ ſunt, *§.ult. eod.l.27 §.5,20, l.30 §.1,2,eod.* quæ & in factum (civiles) dicuntur *t.tt.paſſ.D. eo.Vvesenb.paratit. D.hoc tit.n.9.fin.Cujac.paratit.D.de his qui dejec.* Aliter autem quàm à corpore vel corpori damno quolibet modo illato, in factum (prætoria) erit agendum *d.§.*

ult.hoc tit.l.33 fin. D.eod.not.LudoV.Charond. ad l,9.D.eod.

DE INIURIIS.

Titul. IV.

QUARTA delicti privati ſpecies INJURIA nominatur *L. ult. C. de injur.* quaſi NON JURIA *l.1. prin. de injur. & famoſ.* & generaliter continet quidquid non jure fit *§.2, ſ, ad L. Aquil.* Specialiter: aliàs iniquitatem & injuſtitiam jure iuſtitiaq; carentem, *prin.eod.tit. l.1 prin.D. eod. l.67, de fidejuſſor.* aliàs damnum quodlibet, *l.3 §.4, de in rem verſ. l.21 fin. de legat.*III.in L.Aquilia; damnum culpa datum, *l.5 §.1, l.49 §.ult. ad l. Aquil.* in privatis delictis, Contumelia eſt *l.16 §.5, de pœnis. d.l.5. §.1, l.1 prin. D. eod. hoc tit.* quæ ex adfectu facientis conſiſtit *l.3 prin. l.18 §.3, eod. hoc tit.* & primùm, Per ſe fit vel per alias *§.11, eod. l.15 §.2, l.11 prin. §.3, D. hoc tit.* Deinde, vel corpori infertur vel ad dignitatem aut infamiam alicujus: & iterum,

rum, re vel verbis. Re, quoties manus inferuntur: Verbis, convitio facto *d.l.1 §.1, D.eod. §.1, hoc tit.* Tertiò, creſcit in atrocem injuriam, vel ex perſona; facientis *l.7 §.2, l.17 §.3, eod. D. l.10 §.8, de in jus vocan.* aut patientis injuriam *§.9 hoc tit. l.7 § ult. l.9 §.1. D. eod. l.4, C. eod.* vel ex tempore, *d.l.7 §. ult. eod.* vel ex loco, ſeu facti commiſſi ſeu plagæ illatæ *d §.9 eod. l.8, 9 prin. eod.* vel ex re factóve ipſo *d.§.9, d.§. ult.* Supereſt, Quibus fiat injuria, Quæ pœnæ factę ſit, Quomodo tollatur ut videamus. Injuria primùm paſſo FIT, *§.10, eod. hoc tit.* libero homini non ſervo, *§ 3, eod* niſi atroci injuria *l.15 §.27, eod. l.1, C. eod.* Deinde cui non tantùm per ſemetipſum directò: ſed etiam per alias perſonas per conſequentias fit; jure vel poteſtatis vel adfectionis *l.1 §.2, D. eod.* poteſtatis, ut Liberos *§.2, eod. d. §.2 & 3, 6, l.26, 41, eod. l.2, C. eod.* & Servos noſtros: duobus tantùm hos caſibus; in atroci injuria, & cum apertè injuria con-

tumeliam domini reſpicit, *§.3, eod. l.* 1, 8 *C. eod. l.*15 *§.*32, *l.*29, *l.*17 *§* 2, *D. eod.* non fructuarios vel poſſeſſos bona fide: niſi ad poſſeſſoris vel fruentis contumeliam injuria fuerit manifeſtè illata *§.*5, 6, *hoc tit. l.*15 *§.*34, 35, *eod.* Adfectionis ratione fit injuria: per Uxorem marito; non contra, *d. l.*1 *§.* 2, 7, *l.*11 *§.*4, *eod.* per Sponſam ſponſo, *l.*15 *§.*19 *eod.* Nurum ſocero, *d. §.*2, *hoc tt. d. l.*1, Defunctum heredi *l.*1 *§.*2, 4, *D. eod.* Poena injuriæ vel civilis eſt & ordinaria, vel criminalis & extraordinaria *§.*10, *eod. l.* 6, 7 *§.*6, *l. ult. D. eod.* Civilis: aut ex ll. xii. Tabb. deſcendit aut ex edicto prætoris aut ex l. Cornel. de injuriis, *§.*7, 8, *eod. hoc tit.* Ex ll. xii. Tabb. pœna talio eſt in membro rupto, nummaria in oſſe fracto *d. §.*7, *hoc tit. Godofr. in fragm. ll.* xii. *Tabb. tit.*25. eaq; in deſuetudinem abijt *eod. §. Gell. lib.*20. *c.*1. Ex juriſdictione prætoris æſtimatio conceditur injuriæ læſo, cum arbitrio judicis moderantis, *d. §.*7, 10, *eod. Paul.*

receptar.

receptar.ſent.lib.5.c.4.& moderantis in ſervo communi dupliciter: æſtimationem quidem injuriæ ex dominorum perſona non jure dominij *§.4, eod. hoc tit.* ſed condemnationem ex dominij jure, non dominorum perſona *l.16, D. eod.* L. Cornelia, tribus tantùm cauſsis: cum quis ſe pulſatum, verberatúmve, domúmve ſuam vi introitam eſſe dicit; civiliter item agitur ad condemnationem arbitrio judicis faciendam, *l.37, D.eod. §.8, hoc tit.* criminaliter autem tàm ex l. Cornelia, *l.12. §.1 lt.de accuſationib. l. 5.pr.l.7 §.1, D.eo.* quàm extra ordinem officio judicis arbitraria reo pœna imponitur *§.10, eod.l.6, l ult.eod.* TOLLITUR injuria, primùm Diſsimulatione, injuriam ſtatim ad animum ſuum non revocantis *§.ult. hoc tit.l.11 §.1, D.eod.* deinde, Satiſfactione, vel tempore Anni continui præterlapſi *l.17 §.5, eod. l.5, C.eod.* Sed hæc de iis obligationibus hactenus quę ex delicto propriè oriuntur.

DE OBLIGATIONIBUS QUAE EX QUASI DELICTO NASCUNTUR.

Titul. V.

SEQUUNTUR obligationes quę non propriè vel quaſi EX DELICTO naſcuntur, hoc eſt, quæ neque ex contractu neq; ex maleficio propriè oriuntur: & tamen aliquid in ſe peccati continent *prin. & §.1, 3, eod. hoc tit. l 5. §.4, de oblig. & action.* Quibus illud commune & ſingulare: quod ex iis Filiusfam. ipſe obligetur non pater ejus, *§.2, eod. hoc tit. l. 15 prin. de judic. l.1 §.5, de his qui deiec.* niſi ex ſuo conſenſu, *l. ult. fin. Naut. caup. ſtabul.* nec heres delinquentis *§. ult. hoc tit. d. l. ult. l.16 de judic. l.5 §.5, de his qui eff. vel dejec.* Obligationes iſtæ ſunt quatuor. prima, SI JUDEX LITEM SUAM FECERIT dolo malo in fraudem Legis, evidenti gratia vel inimicitia vel ſordibus *l.15 §.1, l. 40 de judic. l. ult. C. de pœn. judic.* vel imprudentia

prudentia judicando. *d.prin. eod. hoc tit. d.l.5, de obl. & act. l.ult. de variis & extr. cogn.* Unde obligatio naſcitur non ſolùm diſpendij æſtimationis ſed etiam in veram litis æſtimationem; ſi dolo fecerit *d.l.15 fin. l.ult. C.de pœn.judic.* vel in Quantum de ea re æquum religioni judicantis judicis videbitur; ſi factum per imprudentiam ſine dolo *d.prin. eod. hoc tit. l.ult. de extraord. cognition.* Secunda quaſi ex delicto obligatio eſt ex DEJECTO VEL EFFUSO, cùm quid dejectum vel effuſum ſit, *l.1 §.1, de his qui dejec. l.5 §.5, de obl. & actio.* unde alicui noceretur, *§.1, eod. hoc tit. l.1. prin. D. eod.* ſeu nocte ſeu interdiu, *l.6, D.eod.* ex cænaculo cujus *d.§.1, l.1 §. ult. eod.* in eum locum quo vulgò iter fit, quóve conſiſtitur *d.l.1 prin. l.6 prin. D. eod.* Obligatur enim ex ſua ſuorumque culpa *d.§.1, hoc tit. l.6, eod.* is qui cum deiiceretur inhabitabat, *l.1 prin. & §.2, eod. d.l.6,* ſive ut in ſuo, ſive ex conducto, ſive gratuitò, *d.§.1, hoc tit.*

*l.*1 *§.*7, *l.*5 *§.*3,*eod.tt.* libero homine inde occiſo; ad pœnam quinquaginta aureorum *l.*1.*prin. §.*3,*eod. d.§.*1.*hoc tit.* læſo tantum; ad mercedes curationis, impendia, intereſſe *dd. ll.* & *l.*1.*§.* 4,*l.ult.eod.* cæterarum rerum; ad duplum damni quod ex ea re datum factúmve ſit *l.*1.*prin. eod. d.§.*1, *hoc tit.* Servus officio judicis extra ordinem coercetur *d.l.*1. *§.*6, *eod.* Tertia obligatio eſt ex Positu vel Suspensu, cùm quid poſitum ſuſpenſúmve habetur ſupra eum locum quo vulgò iter fit, quóve conſiſtitur, quod poſsit ſi ceciderit alicui nocere *d.§.*1,2,*hoc tit. l.*5 *§.*6 & *ſeq. de his qui eff.ud.d.l.*5 *§.*5,*de oblig.et action.* Ex quo is qui habet expoſitum vel ſuſpenſum periculosè, haberíve patitur, *d.§.*6,7, *eod. de his qui effud.* obligatur ad pœnam decem aureorum *d.§.*1,*hoc tit.d.§.*6, Quarta quaſi ex delicto privato obligatio eſt ex Damno furto'ue in navi caupona stabulo commisso, ab iis

iis quorum opera navis caupona ſta bulum exercetur *§.ult.eod. l.6,7, Nautæ caup.ſtabul. l.5 §.ult.de obligat. & act. l.un. princ.Furti adv. naut. caup.ſtabul.* Unde exercitor navis cauponæ ſtabuli, hoc eſt ad quem quæſtus omnis & reditus pertinet, *l.1 §.7, de exercit.act. §.2,ĵ. quod cum eo qui in al.* quaſi ex maleficio, culpæque aliquatenus reus: *quòd opera malorum hominum utatur* niſi expreſsim aliter ab initio con venerit, *d.§.ult.hoc tt. l.ult. prin.Naut. caup.ſtabul.* obligatur in duplum damni furtive dati commiſsi *d. l. ultim. §.1, Naut.caup.ſtabul.l.un.prin. Furti adverſ. naut.caup.ſtab.* Atque hæc obligationum hactenus ex delicto vel quaſi ex delicto, item contractu vel quaſi ex contractu deſcendentium diſciplina fuit.

DE ACTIONIBUS.

Titul. VI.

IURIS ROMANI duas partes in perſonis & rebus ordine expoſui-

mus:ſupereſt tertia in actionibus, §. *ult.* ꝟ.*de jure natur.l.1,de ſtat. hom.* quibus inter aliquos apud judices arbitróſve de quacunque re quæritur §.1,*h.tt. l.2 §.2, de orig.jur.* Actio eſt jus in judicio perſequendi quod ſibi debetur *prin.eod.h.tit.l.51,de oblig.* & *actio.* certa olim & ſolenni verborum formula compræhenſa, ne populus prout vellet diſceptaret *d. l.2, de orig. jur.l.un. C.de formul.* & *impetr.act.ſubl.* Dicitur & intentio *l.66,de judic. l.6 §. 2 fin.Si ſervit.vindic.l.9 §.5 ad exhibend. l.1 prin. Si menſ.falſ.mod.dix. l.9 de except.l.12 de oblig.* & *action.* &*c.* & judicium *l.1 prin.de act.rer. amot.* &*c. unde judicia quædam bonæ fidei quædam ſtricti juris,§.28,29,30,*ꝟ.*eod.h.tt. quædam generalia quædam ſpecialia,Vveſen.paratit.D. de judic.nu.8.l.40,de hered.petit.* ita quidem generaliter: ſed aliquando à petitione rei & perſecutione diſtinguitur,*l.28 de obligat.* & *act.l.78 §.2,l.48, V. S.l.23, Rem rat. hab.* Actio iſta vel legenda eſt ad rem præſentem accommodata,

modata, vel exequenda. legẽda, quæ retinet generis ſui nomen vel quæ amittit. in iis quæ retinẽt, primò Species conſiderabuntur, deinde Qualitas agendi ex cauſſa, forma, tempore. SPECIES actionũ tot ſunt quot ſunt de rebus controverſiæ, *l.6,14 §. pen. de except. rei judic. l.53 de oblig. & act.* imó interdũ ex una obligatione plures naſcuntur actiones *l.1 §.ult. D. de tutelæ.* quarum tamen differẽtiæ principales quinque diviſionibus ordine compræhenduntur. PRIMA & ſumma earum eſt (adeoque verè unica diviſio *Vultej, lib.2.c.4*) quòd alia eſt in rem actio, alia in perſonam, alia miſta. ACTIO IN REM eſt, qua rem noſtram à poſsidente petimus *l.25 prin. de obl. & act. §.1,14 fin. eod. h. tt.* appellaturque VINDICATIO, *§.15. eod h. tit. d. l.25,* à vindiciis, hoc eſt fiduciariæ *P. Gregor. part. jur. can. lib.3. tit.8.c.7* ſeu momentaneæ rei litigioſæ poſſeſsionis in judicio adſertionibus, *V. Hotmann. in Comment. verb.*

jur.& Inſtit.h.tit. quas in controverſiis rei ſuæ *l.27 §.2,3, de auro argento. l. 66,de rei vindic.* ſecundum antiquam juris obſervantiam moris erat alteri litigantium pendente lite addicere, abdicere alteri *l.2 § 13,de orig.jur. Liv. Dec.1. lib.3.* Hæc ex dominio rerum deducitur, *Vi ltej.lib.2.c.21.* eoque ſecundum adquiſitionem illius *§. ult. ſ.per quas perſ.*rerum vel ſingularium eſt vel alicujus univerſitatis *l.40 prin. de herid.petit.* Uniuerſitatis eſt,vel hereditatis vel fideicommiſsi petitio: illa,totius vel partis; civilis vel prætoria, *t.tit. D. & C.de hered.petit. & tit. de poſſeß.her.petit.tt.ſi pars hered.pet. & tt.de fideicom.hered.pet. Arrogatio enim hodie bonor. univerſitatem non attribuit: §.2.ſ de adquiſ.per arrogation.& Cui bona libertatum cauſſa addicta, loco bonorũ poſſeſſoris habetur,l 4 §.16.de fideicom.lib.* HEREDITATIS PETITIO CIVILIS *l.2,de fideicomm.hered.petit.* eſt hereditatis, ſeu univerſi juris d[illegible] functi *l.50 prin.de hered.petit. l.62 de* [illegible] *l.24,* [illegible] *.5.*

V.S. ex veteri vel novo jure inſtituta ab herede vindicatio, *l.1, 2,3, de hered. petit.l.27 §.2, de rei vindic.* qua univerſæ res hereditariæ veniunt, ſeu jura ſeu corpora *l.18 §. 2 de hered. petit.* PRAETORIA hereditatis PETITIO eſt hereditatis data à prætore bonorum poſſeſſori poſſeſſoria vindicatio *l.1,2,de poſſeſſ.hered.pet.* ex qua bonorum poſſeſſor tantũ conſequitur quantum heres, *d.l 2,prin.§.de bonor.poſſeſſ.* FIDEICOMMISSARIA PETITIO hereditatis eſt,quæ fideicommiſſario poſt reſtitutam datur ex SC.Tertulliano hereditatem, *l.1,de fideic. her. pet.* continens eadem quæ petitio civilis *l.2, d.cod.tit.* Hæc vindicatio univerſitatis eſt:RERUM SINGULARIUM VINDICATIO dicitur ſpecialis in rem actio *l.1,27 §.5,l.41.73, de rei vindicat.l.7, C.de hered petit.* & eſt præjudicialis §.13, *eod. hoc tit.* vel communis. PRAEJUDICIALIS eſt de ſtatu hominis controverſia, *l.1,5, l. C.de ord.cognit.* Un-

de ex jure perſonarum petenda eſt, §.*lib.*1.habetque tot ſpecies quot modis de ſtatu cujus vel conditione quæri poteſt *Vultej.lib.*2.*c.*5*fin.*Præcipuæ ſunt: I. Actio LIBERALIS, ſeu cognitio de liberali cauſſa, *l.*8 *prin.de liber.cauſ.*vel liberale judicium, *l.*7 §. 4,*l.*10 §.3,*&c.D.eod.d.tt.*quo quæritur, An aliquis liber an ſervus ſit: inter dominium ſibi cujus adſerentem, & inter libertatem §.13,*eod.tit.t.tit.D.& C.de liberal.cauſ.* II. Actio INGENUITATIS, qua Libertus quis ſit an ingenuus,vel & ejus qui adſerit ſibi libertus; quæritur *l.*5, *l.ult. Si ingenuus eſſe dic.* III. Actio de PARTU AGNOSCENDO, qua de partu edito, Legitimus cui ſit nec ne;inter parentes & liberos quæritur *l.*3, *de agnoſc. & alen.lib.* Harum actionum prima ex jure civili deſcendit: ceteræ ex prætorio §.13, *eod. l.*2 §.13 *de orig.jur.* Communes itidem propriarum rerum vindicationes vel ex legitimis & civilibus cauſsis deſcendunt vel

ex

ex juriſdictione prætoris *§.3,eod.h.tt.* ex illis vindicatio eſt vel corporalis rei vel incorporalis. CORPORALIS rei vindicatio, cujuſcunque eſt, tàm ſoli rei quàm mobilis, tàm inanimatæ quàm animatæ *l.1 prin.de rei vindic.* quæ maximè propriè Vindicatio dicitur *d.§.1,eod.h.tt. Vveſen.paratit.D.de rei vind.nu.1.5.* INCORPORALIS rei vindicatio eſt, de jure aliquo ſuo ſeu ſervitute: quo loco proditę ſunt duę actiones, una adſerenti ſibi ſervitutem, quæ appellatur CONFESSORIA: altera neganti adverſario ſervitutis jus eſſe, quæ NEGATORIA ſeu Negativa appellatur, *§.2,eod.h.tt. t.tit. Si uſusfru. petat. vel ad alium pert. neg.l.2,& t.tt.Si ſervit.vindic.* Ex juriſdictione prætoris deſcendunt actio Publiciana, vel Quaſi Publiciana, Pauliana, & Serviana, vel Quaſi Serviana. *d.§.3 & ſeqq.4,h.tt.* PUBLICIANA ab auctore Publicio dicta actio *§.4 fin. eod.* datur ei qui rem alienam ex juſta cauſſa traditionis bonaque

ſide acceptam, *l.* 1, *& ſept. princ. l.* 13 *prin. D. de Publ. in rem act. l.* 70, *de rei vind cat.* antequam uſucapiendo ſuam faceret, *d. l.* 1, *& §.* 4, *eod. h. tit.* amiſerit: *d l.* 13 *prin. & §.* 4, *eo.* ad rem iſtam cum omni fructu & cauſſa, prout in vindicatione rei propriæ, ab injuſto detentatore adſerendam *l.* 7 *§.* 4, *l.* 11 *§.* 4, *l.* 12 *§.* 1, 3, *de Publician. l.* 70, 73 *de rei vindicat.* quaſi jam illà verè ab actore uſucaptâ cum de vero uſucapta non ſit *d §.* 3, *&* 4, *eod. h. tt.* Unde ad exemplum vindicationis contraque civile jus data dicitur *l.* 35 *§.* 1, *de oblig. & action.* Quasi publiciana ex diverſo, ad rē abſentis ex juſta cauſſa, *ſeu non injuſta l.* 28 *§. ult. de fideic. lib.* ab altero uſucaptam quaſi non uſucaptam, *§.* 3, *eod. h. tit.* datur intra annum utilem, *l.* 1, *l.* 28 *§.* 4, *ex quib. cauſ. major. l.* 1, 2, 3, *C. de reſtit. milit.* hodie quadriennium continuum *l. ult. C. de temporib.* domino rei priſtino, reverſo *§.* 5, *eod. l.* 28 *§. ult. ex quib. cauſ major.* Unde à reſciſsione uſucapionis eadem

dem RESCISSORIA dicitur actio *l.26 §.5, ex quib. cauſ. maj. l. ult. C. quib. ex cauſ. maj. l. 18 C. de poſtlim. reverſ.* Datur etiam utilis ex aliis cauſsis quoties æquitas ſuggerit, *l. 1, 26 § 7, l. 28 prin. l. 33, ex quib. cauſ. maj.* neque Lege, Senatuſcōſulto, Plebiſcito, edictis, decretis Princc. nominatim eſt interdictum *d. l. 1, l. 28 §. 2, ex quib. cauſ. major.* PAULIANA actio *l. 37 §. 3, de uſur.* de his quæ fraudationis creditorum cauſſa geſta erunt à debitore vel alio, quacunq; ſpecie alienatione vel contractu *l. 1 prin. & §. 1, l. 2, 3, quæ in fraud. cred. fact. l. 1, C. eod. d. tt.* datur creditoribus, bonis debitoris excuſsis *l. 1, C. eod. d. tt.* poſſeſsis & diſtractis, *l. 5, C. eod. §. 6, eod. hoc tit.* ad reſtituendam rem cum ſua cauſſa in priſtinum ſtatum; *l. 7, 8, 10 prin. & §. 15, l. 25 §. 4, 5, D. eod. d. tt.* quaſi tradita nondum ſit, atque ob id in bonis debitoris ſemper permanſerit, *§. 6, eod. h. tit.* & ad fraudem qualemcunque revocandam *l. 10 §. 7, 8, D. eod.* Dicitur eadem Actio

DE REVOCANDO *d.l.7,D.eod.*& in Factum, *l.*10 §.12,13,*l.*14,*D.eod.* eademque de re, cùm quid in fraudem patroni factum eſt, actio datur CALVISIANA ET FABIANA, *t.tit.D. & C. ſi quid in fraud.patron. fact. & ibi Cujac.* Actio SERVIANA eſt, qua experitur dominus agri locati, de reb. coloni, *§.31,eod.h.tit.* pignoris ſibi jure pro mercede locationis nominatim *l.5,C.de locat. & cond. Vveſen. parat. D.de migrand.num.3. & tit.in quib. cauſ. pign.tac.num.2.l.32 de pignor.l.4 prin.in quib.cauſ.pign.* obligatis *§.7, eod. h.tit. Vultej.lib.2.c.23.* QUASI SERVIANA quæ & Hypothecaria dicitur §.7,31, *eod.l.13 §.1,ad SC.Vellejan.Cujac.paratit. D. de pignor.* creditori datur cuilibet pignus aut hypothecam habenti, *L. ultim.C.de oblig.& act.* conventis ante interceſſoribus debitoris, *Auth. ult. C.de obligat. & act.* ad habendum pignus, *l.16 §.4,de pignor.* & poſſeſsionẽ ejus avocandam, *l.66 prin. de evictionib.* à quovis poſſeſſore *Cujac. d.loc.d.*

Auth.

Auth.ult.l.13 §.3,de pignor. Atque hæc hactenus de in rem actionibus dicta ſunt. IN PERSONAM actio eſt qua dare aut facere oportere intenditur adverſarium,non Eſſe rem ſuam §.1, 14,15,*eod. l.25 prin. D.eod.* aliàs appellatur CONDICTIO,à veteri forma condicendi ſeu denuntiandi adverſario, Ut in judicio ſtata die adeſſet *d.§.15,l.1,C.de donat.quæ ſub mod. Vultej. lib.2. c.5. num*,8. eſtque vel ex obligatione civili vel ex æquitate tantùm prætoria.ex obligatione civili naſcitur aut ex cõtractu aut ex maleficio *d.§.1,eod.hoc tit.l.25 §.1,D.eod.* utrinque civilis vel honoraria, *d.l.25 §.2,l.42 §. 1,eo.* Ubi civilis eſt,honoraria nõ deſideratur *l.1, de Publician. l.3 §,1, Naut. caup.ſtabul.* Ex contractu naſcuntur actiones ſeu propriè ſeu nõ proprie cõtracto. propriè Re Verbis Litteris Cõſenſu. ex ço qui Re cõtractus eſt,quatuor ſunt actiones: prima ex Mutuo, quæ appellatur CERTI CONDICTIO,*prin.§.quib.mod.re*

contr.oblig.l.9 princ.de reb.cred. qua ad mutuum agitur datum, ex eodem genere eadem bonitate & natura reddendum *l.3, D.de reb.cred. Vveſen. paratit. D.eod.tt. num.*11, 12, *l.5, C. eod. d.tt.* cum omni cauſſa; poſt acceptum judicium, hoc eſt quodcunq; habiturus fuiſſet actor ſi litis cõteſtatæ tempore ſolutus jam fuiſſet, *l.31 princ. D. eo.d.tt.* Sequentes tres actiones mutuæ ſunt, ſcilicet directæ ex una parte, contrariæ ex altera. Hinc ſecunda eſt COMMODATI ex commodato actio, qua Directa; is qui commodaverit, quicunque, *l.64, de judic. l.16 D.commodat.* agit ad rem commodatam eandem & in ſpecie reſtituendam *l.26 de reb.cred.t.l.1 §.1, de oblig. & act.§.2, quib.mod.re contr.obl.* unâ cum quæſtu extra finem deſtinati *l.13 §.1, commod.* Contraria; datur ei qui accepit cõmodato, tùm de dolo commodantis, *l.5 §.7, l.17 §.3, l.18 §.1, l.21 prin. l.22, commod. l.31, de pignor.act.* tùm de impenſis majuſculis in rem factis

commo-

commodatam *l.18 §.1, l.penult. d. eod. titul.* Tertia eſt ex depoſito DEPOSITI actio, quæ Directa; competit non ſolùm depoſitori, ſed etiam alii omni cujus interſit *l.1 §.27, depoſit. l. penult. C. ad exhibend.* adverſus depoſitarium, *§.3, quibus modis re contrah. l. 16, depoſit. l. 8 C. eod.* primùm ad rem repetendum depoſitam *l.1 §.1, depoſit. l.7 C. eod. l.1 §.1, de obligat. & action. d. §.3, ſ. quibus modis re.* deinde, ad implendam fidem depoſiti, *l.8 C. eod.* & doli tantùm & latæ culpæ præſtationem, *d. §.3, l.1 §.6, 7 & ult. l. 32 D. eod. l.1, C. eod.* Contraria depoſitario competit apud quem depoſitum eſſe dicitur, *l.5, D. eod.* de indemnitate ſua, *d. l.5, l.61 §.3 de furt. l.31, de pignor. action.* & ſumtibus neceſſariis *l.8 fin. l.23, D. eod.* Quarta ex pignore PIGNORATITIA eſt, quæ poſtquam omnis obligatio diſſoluta eſt *l.9 §. ult. de pignorat. action. l 13 §.4, de pignor. l.10, 11, l. ult. C. de pignor. action.* Directa; domino datur eidemque debitori, ad rem

pignoratam quodq; ſua intereſt recipiendum, *l 9 fin. l.ult. princ. D. & l. 11 C. de pignor. action.* & ad dolum & culpam creditoris *§.ult. ſ. quibus modis re contrah. l.5,7, C.d. eod. titul.* Contraria; datur creditori qui acceperit pignus, *l.16 §. 1, de pignor. action. l.16 §. 4, de pignor.* ex re nata, omni tempore *Valtej. lib.2. c. 8.* ad quodlibet intereſſe & indemnitatem *l. 24, 31, de pignor. action.* Adhuc actiones ex contractibus qui re conficiuntur fuerunt. ex obligatione Verborum duę proficiſcuntur actiones: Condictio certi & actio ex Stipulatu *princ. ſ. quibus modis re contrab.* Condictione certi cùm certa eſt ſtipulatio, *l.24, de rebus credit. d. prin. eod. h. tit.* cujus ſpecies vel quantitas aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione quę nominis vice fungitur qualis quantaque ſit oſtenditur, *l.6, de rebus credit. l. 74, de V. O.* ad rem agitur certam quæ in obligatione eſt *l.9 prin. §.2, d. titul. de rebus credit.* transferendam *l.75 fin. l.*

126 §. 1, *de V. O. l. 25 fin. de contrah. emt.* Actio ex STIPULATU, cùm incerta eſt ſtipulatio ex qua non appareat quid quale quantumque ſit in obligatione *d. l. 75 pr. de V. O. d. prin. ſ. eod.* vel cũ factum quod promiſſum eſt, *Vultej. lib. 2. c. 10. d. l. 75 §. 4, l. 81, V. O. Althuſ. lib. 1. c. 26.* datur ad Quanti intereſt actoris perſequendum *l. 68, l. 113 §. 1, l. 135 §. 3, de V. O. §. ult. ſ. eod.* Ex litterarũ obligatione naſcitur CONDICTIO, *§. un. ſ. de litter. obligat.* ſeu actio CHIRÓGRAPHARIA, *Oldensdorp. claſſ. 4. act. 30. Vultej. lib. 2. cap. 11.* quæ cautionem habenti quaſi creditæ à ſe pecuniæ, datur *l. 1, 3, 4, 5 &c. C. de non numer. pecun.* adverſus obligatum ſcriptura, biennio exceptionis non numeratæ pecuniæ prætérlapſo *d. §. un. ſ. de litter. obligat. L. 14, C. de non numerata pecunia.* Qui ſi propriam ſcripturam abneget, vel inficietur numerationem, convictus in duplum condemnatur *Authent. contra. C. de non numerat. pecun. Novell. 18. c. 8.*

Ex quatuor obligationibus ex conſenſu, totidem ſunt actiones. duæ priores ex relatione contractus relatæ, tertia ſimplex, duplex ultima. quibus illud inter ſe omnibus commune; quòd in id dantur, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet *§.un. ſ. de obligat. ex conſenſ. §.30, ĵ. de action.* Hinc ex emtionis & venditionis cōtractu, ACTIO EMTI emtori competit, *l.* 11 *princ. de action. emt. ven.* ad ea quæ naturaliter inſunt contractui: ut eſt rei traditio, *d.l.*11, *l.*13 *§.* 15, *l.* 40, 46, *D. eod. §.* 2, *ſ. de donation.* vel in poſſeſsionē vacuam facienda à venditore emtoris inductio, *l.*8 *C. eod. d. titul. l.*2 *§.* 1, *l.*3 *§.* 1, *de action. emt. l.* 68 *fin. de contrah. emt.* vel ſi malit emtor, omne interuſurium ex re non tradita, *l.*1, 11 *§.*5, *l* 21 *§.*3, *de action. emt. vend. l.* 6, *C. de hered. vel act. vend. l.*4, *C. de action. emt. l.*10 *prin. Quibus modis pignus vel hypothec. Vultej. lib.* 2. *c.*9. *num.*19. eſt & lucrum venditoris ex re vendita poſt tempus perfe-

ctæ

ctæ venditionis perceptum, *l.13 §.11, 16, de action. emt. l.38 § ultim. l.39 de hereditb. inſtitut.* eſt, quidquid præſtari moris & conſuetudinis eſt *l.31 §.18, de ædilit. edict.* Contra VENDITI actio competit venditori, ad ea quæ præſtari ei ab emtore oportet, *l.13 §. 17, de action. emt. l. 7, C. d. eod. titul.* Ut eſt pretium quo res veniit, *d. §.17, l. 8 C. de contrah. emt. l.6, C. de action. emt.* & uſuræ ejus poſt rei traditionem, *d. §.17 & 18 D. eod.* vel moram: aut ex pacto, *l.13 Cod. h. titul. l.5, C. de pact. inter emt. & vendit.* ſunt & ſumtus in rem facti diſtractam *l.13 §. 19, l.38 §.1, de action. emt. l penult. C. eod. dict. titul.* Ex locatione & conductione actio, I. LOCATI competit locatori, ad penſionem conventam, *l. 58 princip. D. Locati cond. l.16, C. de locat. & conduct.* & reſtituendam rem locatam, *l.48 §. 1, D. dict. titul.* cum præſtatione culpæ, doli, erroris, cuſtodiæ, negligentiæ non caſus conductoris *l. 13 §.6, D. dict. titul. l. 28. 29, C. eod. l. 18 §.2,*

de damn. inf. etiam ante finitum tempus locationis: ſi aut deſeruerit poſſeſsionem conductor, aut debuerit penſiones die præſenti, *l.24 §.2, D.eo.* aut non utatur uti debet, aut biennii continui penſionem non ſolverit, *l.54 §.1, l.56, D.eod.* aut ipſe locator opus ea re habeat ad uſus ſuos vel neceſſariam refectionem *l.3.C.eod.* Contra CONDUCTI vel Ex conducto actio *l.15, D. eod.titul.* datur conductori, ut, ut ei præſtetur, Uti frui licere conducto, *l.9, 15 prin. eod.* vel intereſſe, *l.7, 8, 9 prin. l.15 §.6, l.24 §.3, l.33, D. eod.* item ſumtus in rem facti, *l.9 §.1, l 55 §.1, l.60 §.8, l.penult. prin. D. eod.* & ſi quid in Lege conventionis ei non præſtetur, *d. l.15 prin. l.24 §.3, eodem.* item ad reficiendum dilapſa, *d. l.15 prin. l 25 §.2, eod.* & præſtationem damni majoris quod extrinſecus accidit ſalva re locata, vel remiſsionem penſionis *d.l.15 §.1, 2, 3, l 25 §.5, l.33 fin. l.34, 59 eod. l.1, 12, C.eod.* II. Actio EMPHYTEUTICARIA ultro citroque

domi-

domino datur prædii in Emphyteuſin collocati, & emphyteutæ conductori; ad ea quæ invicem alterum alteri ex l. Zenoniana præſtar. oportet *§. 3, ſ. de locat. & conduct. l. 1, C. de jure emphyteutico.* Ex ſocietate naſcitur judicium PRO SOCIO, *§. 28 eod. h. tit. D. tot. titul. Pro ſocio.* vel Societatis, *l. 71 prin. D. eod.* quod generale eſt, *l. 38 prin. eod.* & ab utraque parte directum, *§. 2, ſ. de pœn. temer. litigant.* competens uni ſociorum ejúsque heredi, *l. 2, 3, C. eod. titul. l. 62, 65 §. 8, D. eod.* finita jam ſocietate: quandoque adhuc manente, *d. l. 65 §. penultim.* adverſus alterum ejusque heredem, *l. 35, 36, 40, l. 65 §. 13, eod.* ad æqualitatem ſeu communionem, *l. 38 §. 1, l. 63 §. 4, l. 74, eod.* & bonam fidem, dolum & culpam, *l. 52 §. 1, 2, 9, l. 59 fin. l. 72, D. eod.* item ad impenſas in ſocietatem factas, *d. l. 52 §. 13, l. 61, 67 §. 2, eod. l. 2, C. eod. titul.* Ex mandato MANDATI duplex actio proficiſcitur: Directa mandati; mandatori competit

ſed non prius quàm ejus interſit *l.* 8 §.5 *Mandat.* adverſus eum eósve quibus mandatum, *l.* 59 §.3, *l.* 60 §.2, *eod.* ad reddendum accepta mandati occaſione, & omne lucrum, *l.* 55, 60 §. *penult.* *l.*10 §.1,2, *l.*12 §. 6, *l.* 59 §. 1, *eod.* omneque intereſſe mandatoris, ex eo, quod vel impletum non eſt ſuſceptum mandatum, vel ſuſceptum impletum non quo debuit modo impleri, *l.*6 §.1, *l.*27 §.2, *D.eod.* *l.*5, 11,16, *C. eod.* *l.*28, *de negot. geſt.* Contraria mandati; datur iis qui receperunt mandatum, *l* 12 §.4, *D.eod.* eorumque heredibus, *l.*14, *eod.dict.tit.* contra mandatorem ejusque heredem, *l.*12 §.*ult.* *l.*53,54 §.1, *D.eod.* *l.*8 *C.eod.* *l.*60 *de Regul. Juris.* ad impenſas in rem bona fide factas, & ſumtuum rationem habendam, *l.*10 §.8,9, *l.*12 §.5, *l.*27 §.4, *l.*29 §. 3,5, *l.* 45 §.4,5, *l.*56 §.3, *D. eod.* *l.*11, 20 *C. eod.* cum uſuris, *d.l.* 12, *l.*1, 18 *C. eod.* & omne mandatarii intereſſe, *l.* 22, 49, *D. eod.* damnumque quod paſſurus non erat extra mandati occaſionem,

*l.*61

l.61 §.3, de furt. Tranſegimus actionum ſpecies quæ propriè ex contractu oriuntur. QUASI EX CONTRACTU obligationes *enumeratæ ſub titul.28 lib.3.* quinque, ſex nobis pepererunt actiones ex contractu non propriè deſcendentes. *Communio enim quæ tertia ſpecies obligationum propoſita eſt, duas ex ſe parit actiones: propriam ex hereditatis communione, propriam ex aliarum rerum.* Sed ex his omnibus duæ priores duplices ſunt tàm directæ quàm contrariæ, reliquæ ſimplices. Prima eſt actio NEGOTIORUM GESTORUM; quæ Directa; datur ei cui res geſta *l.2,20, de negot. geſt.* ratum habenti quaſi ſibi geſtum, *l.6 §.8,9, l.9 eod. l.62 de Solution.* adverſus negotiorum geſtorem; *d.l.2, D.eod. l.3 §.4, eod.* ſuorum, ſeu alterius quaſi ſuorum, ſeu quaſi âlterius ſuorum: *l.6 §.2,3, eod.* ad omne quod non ut oportuit geſſerit, vel ex his rebus retinuerit, *l.2, 6 §. ult. eod,* non tantùm ſortis, ſed & u-

ſurarum; tàm quas perceperit quàm poterat percepiſſe *l.8 §.1, l.19 §.4, eod. l.13, 24 C. de uſuris.* nec doli tantùm & culpæ præſtationem, ſed negligentiam quoque *l.6 §. ult. l.11, l.21 §.3 fin. eod.* & caſum culpa geſtoris contractum, aut quemlibet ſi geſſerit prædo *d.l.11, 13, 32 prin. eod.* Contraria; datur ei qui negotia geſſerit abſentis vel ignorantis, vel hereditaria *d. l. 2 prin. §.1, §. de obligat. quæ quaſi ex contr. naſc.* utiliter: tametſi effectum non habuit utilem geſtum cœptúmve utiliter; *l.10 princ. & fin. l.12, 13, 22, D. eod.* adverſus eum cui geſtum, ejúsve heredem, *d.l.2, 3 prin. §.2, l.20, D. eod.* ad omne quod quis utiliter in rem ejus impē̄derit, vel ad quod ſemetipſum obligaverit, *d.l.2, 28, 45 princ. l.10 princ. eod.* unà cum uſuris: & quas præſtiterit geſtor, & quas percipere neglexerit ex impenſa pecunia *l.19 §.4, eod. l.37 de uſuris.* Secunda actio TUTELAE eſt, ex tutelæ adminiſtratione, *§.2, §. de obligat. quæ quaſ. ex contr. naſc.*

quæ

quæ Directa; datur finita jam tutela, §.*ult.* ſ.*de Attilian. tutor. l.*1 *fin. l.* 4, 9, *de tutelæ. l.* 12 *C. de adminiſtr. tut.* puberi cujus adminiſtrata tutela, ejúsve heredi, *l.*1 §.8, *l.*4 *prin. l.*18, *eod. l.* 33 §. 2, *de adminiſtr. tutor. l.*12 *C. arbitr. tutor.* adverſus tutorem quemcunque *l.*18, 37, *de adminiſtr. tut. l.*4 §.1, *tutelæ. Novell.*155.*c.*1. pro parte qua geſſerit primùm, deinde ſi ſolidum non fuerit ſervatum, ſine diſtinctione; & in reliquum *l.ult. Rem pupil. vel adoleſc. ſalv.* etiam adverſus heredem, *l.*1 §.8, 10, *l.*23 *D.de tutelæ. l.*69 *de fidejuſſ. l.*2 *fin. C.de tutor. vel curator. l.*6, 10, 12, *C.arbitr. tut. tot. tit. C. de heredibus tutor.* Contraria tutelæ; finita adminiſtratione vel remoto tutore *l.* 1 §. 2, *l.* 4, *de contrar. tutel.* datur tutori (vel & curatori) cuilibet, *d.l.*1, §.1. adverſus pupillum jam adultum, *d.l.*1 *prin. eod. l. ult. Ut legator. ſeu fideicom. nom.* ad id conſequendum cum uſuris quod ei abeſt ex geſtu bona fide *l.*1 §.4, *l.*3 *prin.* §. 1, 2, 3, *eod.* licet eventu infelici, *d.l.*3 §.

4,*eod.* quódve abſuturum ei eſt ob ſui ſuæque pro eo rei obligationem, *§.2 fin. ſup. de oblig. ex quaſi contr. l. ult. D. de contr. tutel.* Tertia quaſi ex contractu actio eſt COMMUNI DIVIDUNDO judicium, quod inter eos redditur, inter quos res aliqua *extra hereditatem, de qua ſeq. obligat.* communis eſt ſine ſocietate conſenſu inita, non ſine inita re *§.3, ſ. de obligat. quæ quaſi ex contr. l.1,2 prin. Commun. dividun. l.25 §. 13, famil. erciſcun. §.20, eod. h. titul.* vel ad diviſionem rerum ipſarum *d. §. 20, l. 3,4 prin. l.13,19 prin. & fin. l.5, Commun. dividun.* quia nemo compellitur invitus ad communionem, *l.26 §.4, de condict. indebit.* nemo invitus in communione detinetur, *l. ult. C. Commun. dividun.* vel rerum indiviſarum nomine *l.4 §.2, D. d. tit.* nomine fructuum lucrívé quos & quod ex communi re ſocius ſolus perceperit, *d. §. 3, de obligat. quæ quaſ. ex contract. l. 3, 6 §. 1, 3, l. 4 §. ult. l. 11, Commun. divid. l. penult. C. eod.* & præſtationum ſeu impenſarum

quas

quas in commune actor ſolus expen derit *l.4 §.3, l.6 §.2,3, & ult. l.8 §.3,4, D. eod, l.penult.C.eod.* quodque damnum in re peculiari communionis nomine ſuſtinuerit, *l.9, 11,25, D.eod.* & culpam denique atque dolum ſocii *d. l. penult.C.eod. l.8 §.2, l.20, 26,27, D.eod. l. 2 §.1, de religioſ. & ſumtibus.* Quarta eſt judicium FAMILIAE ERCISCUNDAE, *ita ex ll.XII.tabb.l.1, D.Famil.erciſcun.* vel dividendæ hereditatis judicium, *l.3 C.Famil.erciſcun.* quod inter coheredes datur quoslibet, & quoslibet alios ſucceſſores, *l. 24 §. 1, D.eod. VVeſenb.eod.D.paratitl.numer.4.* volenti diſcedere à communione *l.1, 36,43,51 §.1, D.eod. §.20, eod. h. tit. §. 4, ſ. de obligat.quæ quaſi ex contr.* ad dividendam hereditatem, & omnia inter eos bona communia, *l.2 prin.D.eod. l. 8 C.eod.tit.* nominibus exceptis; quæ ipſo jure ex ll.XII. tabb. ſunt diviſa, *l.2 §.5, l. 4 prin. l.25 prin. D.eo. l.6, C.eod.* tametſi factis ſuper ea partium ſtipulationibus ſtetur *d. §. 5, eod.* & iis

exceptis quæ maleficio ſunt adquiſita, *l.4 §.2,eod.VVeſenb.num.5.*aut aliàs improbata: ut, venena, & libri improbatæ lectionis, *d.l.4 §.1,eod.* Datur item ad certas præſtationes non tantùm dolo & culpa coheredis factorum, *l.16 §.3, l.25 §.13, 14,15,l.44 §.2, D.eod. l. 19 C. eod.* & exactam diligentiam; non boni & diligentis illam quidem patrisfamilias,ſed ut in propriis rebus, *d.l.25 §.13, eod.* ſed etiam ad ſumtus ab uno factos herede bona fide *l.18 §.3,6,7, l.25 §. 11,12, l.31,39 prin.eod. l.18 C.eod.* Quinta actio quaſi ex contractu eſt actio Legati ſeu Legatorum, *l.35, de vulg.& pupill. ſubſtit. l.12 §.1, Si quis omiſſa cauſ. teſtament.* vel ex teſtamento, *l.ult. C.de codicill.l.34,§.4,de Legat.1.* vel in Factum *l.63, de Legat.11.* perſonalis *l.1 princ.C. Commun. de leg. §.2, ſ. de legat.* legatorum nomine *§.5, ſ.de obligat. quæ quaſi ex contr. naſc.* & aliorum relictorum competens, iis quibus aliquid teſtamento vel codicillis relictum eſt: adverſus

verſus heredes adeuntes, *l.16 §.11, ad SC. Trebellian. l.5, de adquiren. vel omitten. hered. l.7, quan. dies legat. l.19 prin. de R. J. l.3 fin. l.4, Quibus ex cauſ.* pro partibus hereditariis ubi legatum indefinitè, virilibus ubi à quibuſdam nominatim relictum eſt *l.54 fin. l.86 §.3, l.124, de Legat. 1.* Sexta actio eſt CONDICTIO INDEBITI, quæ aliàs Condictitia actio dicitur, *§.1, I. quibus modis re contrah.* aliàs Actio indebiti, *l.24 prin. de action. emti.* eique datur, qui non debitum *l.26 §.3, l.47, 65 §. ult. de condict. indeb.* per errorem facti vel ignorantiam, *l.1, 7, 11, 16, 40 pr. 54, 59, l.32 §.1, d. eod. titul. l.1, 3, 5, 6, ult. C. eod. de condict. indebit. §.1, I. quibus modis re contrah. oblig. §.6, I. de oblig. quæ quaſi ex contract.* perperam, *l.40 prin. D. eod. l.26 §. 1, de pactis dotalibus.* ſolvit vel promiſit *l.31, D. dict. tit. l. 2, C. eod.* adverſus eos quibus ſolutum eſt, *d. §.1, I. quibus modis re contrah. oblig. l.49 D. d. tit.* ad repetendum ipſum quod datum eſt, aut ex eodem genere tan-

pignoratam quodq; ſua intereſt recipiendum, *l 9 fin. l.ult. princ. D. & l. 11 C. de pignor. action.* & ad dolum & culpam creditoris *§.ult. ī. quibus modis re contrah. l.5,7,C.d. eod.titul.* Contraria; datur creditori qui acceperit pignus, *l.16 §. 1, de pignor. action. l.16 §. 4, de pignor.* ex re nata, omni tempore *Vultej.lib.2.c.8.* ad quodlibet intereſſe & indemnitatem *l. 24, 31, de pignor. action.* Adhuc actiones ex contractibus qui re conficiuntur fuerunt. ex obligatione Verborum duę proficiſcuntur actiones: Condictio certi & actio ex Stipulatu *princ. ī.quibus modis re contrab.*CONDICTIONE CERTI cùm certa eſt ſtipulatio, *l.24, de rebus credit. d. prin. eod. h. tit.* cujus ſpecies vel quantitas aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione quę nominis vice fungitur qualis quantaque ſit oſtenditur, *l.6, de rebus credit. L.74, de V.O.* ad rem agitur certam quæ in obligatione eſt *l.9 prin. §.2, d. titul. de rebus credit.* transferendam *l.75 fin. l.*

126 §. 1, *de V. O. l. 25 fin. de contrah. emt.* Actio ex STIPULATU, cùm incerta eſt ſtipulatio ex qua non appareat quid quale quantumque ſit in obligatione *d. l. 75 pr. de V. O. d. prin.* ſ̃. *eod.* vel cũ factum quod promiſſum eſt, *Vultej. lib. 2. c. 10. d. l. 75 §. 4, l. 81, V. O. Althuſ. lib. 1. c. 26.* datur ad Quanti intereſt actoris perſequendum *l. 68, l. 113 §. 1, l. 135 §. 3, de V. O. §. ult.* ſ̃. *eod.* Ex litterarũ obligatione naſcitur CONDICTIO, *§. un.* ſ̃. *de litter. obligat.* ſeu actio CHIRÓGRAPHARIA, *Oldendorp. claſſ. 4. act. 30. Vultej. lib. 2. cap. 11.* quæ cautionem habenti quaſi creditæ à ſe pecuniæ, datur *l. 1, 3, 4, 5 &c. C. de non numer. pecun.* adverſus obligatum ſcriptura, biennio exceptionis non numeratæ pecuniæ præterlapſo *d. §. un.* ſ̃. *de litter. obligat. l. 14, C. de non numerata pecunia.* Qui ſi propriam ſcripturam abneget, vel inficietur numerationem, convictus in duplum condemnatur *Authent. contra. C. de non numerat. pecun. Novell. 18. c. 8.*

Ex quatuor obligationibus ex conſenſu, totidem ſunt actiones. duæ priores ex relatione contractus relatæ, tertia ſimplex, duplex ultima. quibus illud inter ſe omnibus commune; quòd in id dantur, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet *§. un. ſ. de obligat. ex conſenſ. §. 30, ſ. de action.* Hinc ex emtionis & venditionis cõtractu, ACTIO EMTI emtori competit, *l. 11 princ. de action. emt. ven.* ad ea quæ naturaliter inſunt contractui: ut eſt rei traditio, *d. l. 11, l. 13 §. 15, l. 40, 46, D. eod. §. 2, ſ. de donation.* vel in poſſeſsionẽ vacuam facienda à venditore emtoris inductio, *l. 8 C. eod. d. titul. l. 2 §. 1, l. 3 §. 1, de action. emt. l. 68 fin. de contrah. emt.* vel ſi malit emtor, omne interuſurium ex re non tradita, *l. 1, 11 §. 5, l. 21 §. 3, de action. emt. vend. l. 6, C. de hered. vel act. vend. l. 4, C. de action. emt. l. 10 prin. Quibus modis pignus vel hypothec. Vultej. lib. 2. c. 9. num. 19.* eſt & lucrum venditoris ex re vendita poſt tempus perfe-

ctæ venditionis perceptum, *l.13 §.11, 16, de action. emt. l.38 §. ultim. l.39 de heredib. inſtitut.* eſt, quidquid præſtari moris & conſuetudinis eſt *l.31 §. 18, de ædilit. edict.* Contra VENDITI actio competit venditori, ad ea quæ præſtari ei ab emtore oportet, *l.13 §. 17, de action. emt. l. 7, C. d. eod. titul.* Ut eſt pretium quo res veniit, *d. §.17, l. 8 C. de contrah. emt, l.6, C. de action. emt.* & uſuræ ejus poſt rei traditionem, *d. §.17 & 18 D. eod.* vel moram: aut ex pacto, *l.13 Cod. h. titul. l.5, C. de pact. inter emt. & vendit.* ſunt & ſumtus in rem facti diſtractam *l.13 §. 19, l.38 §.1, de action. emt. l. penult. C. eod. dict. titul.* Ex locatione & conductione actio, I. LOCATI competit locatori, ad penſionem conventam, *l. 58 princip. D. Locati cond. l.16, C. de locat. & conduct.* & reſtituendam rem locatam, *l.48 §. 1, D. dict. titul.* cum præſtatione culpæ, doli, erroris, cuſtodiæ, negligentiæ non caſus conductoris *l. 13 §.6, D. dict. titul. l. 28. 29, C. eod. l. 18 §.2,*

de damn. inf. etiam ante finitum tempus locationis: ſi aut deſeruerit poſſeſsionem conductor, aut debuerit penſiones die præſenti, *l.24 §.2, D.eo.* aut non utatur uti debet, aut biennii continui penſionem non ſolverit, *l. 54 §.1, l.56, D.eod.* aut ipſe locator opus ea re habeat ad uſus ſuos vel neceſſariam refectionem *l.3.C.eod.* Contra CONDUCTI vel Ex conducto actio *l.15, D. eod. titul.* datur conductori, ut, ut ei præſtetur, Uti frui licere conducto, *l.9, 15 prin. eod.* vel intereſſe, *l.7, 8, 9 prin. l.15 §.6, l.24 §.3, l.33, D. eod.* item ſumtus in rem facti, *l.9 §.1, l 55 §.1, l.60 §.8, l.penult. prin. D. eod.* & ſi quid in Lege conventionis ei non præſtetur, *d. l. 15 prin. l.24 §. 3, eodem.* item ad reficiendum dilapſa, *d. l. 15 prin. l.25 §.2, eod.* & præſtationem damni majoris quod extrinſecus accidit ſalva re locata, vel remiſsionem penſionis *d.l.15 §.1,2,3, l 25 §.5, l.33 fin. l.34, 59 eod. l.1,12, C.eod.* II. Actio EMPHYTEUTICARIA ultro citroque domi-

domino datur prædii in Emphyteuſin collocati, & emphyteutæ conductori; ad ea quæ invicem alterum alteri ex l. Zenoniana præſtar. oportet *§. 3, ſ. de locat. & conduct. l. 1, C. de jure emphyteutico.* Ex ſocietate naſcitur judicium PRO SOCIO, *§. 28 eod. h. tit. D. tot. titul. Pro ſocio.* vel Societatis, *l. 71 prin. D. eod.* quod generale eſt, *l. 38 prin. eod.* & ab utraque parte directum, *§. 2, ſ. de pœn. temer. litigant.* competens uni ſociorum ejúsque heredi, *l. 2, 3, C. eod. titul. l. 62, 65 §. 8, D. eod.* finita jam ſocietate: quandoque adhuc manente, *d. l. 65 §. penultim.* adverſus alterum ejusque heredem, *l. 35, 36, 40, l. 65 §. 13, eod.* ad æqualitatem ſeu communionem, *l. 38 §. 1, l. 63 §. 4, l. 74, eod.* & bonam fidem, dolum & culpam, *l. 52 §. 1, 2, 9, l. 59 fin. l. 72, D. eod.* item ad impenſas in ſocietatem factas, *d. l. 52 §. 13, l. 61, 67 §. 2, eod. l. 2, C. eod. titul.* Ex mandato MANDATI duplex actio proficiſcitur: Directa mandati; mandatori competit

ſed non prius quàm ejus interſit *l.* 8 *§* 5 *Mandat.* adverſus eum eóſve quibus mandatum, *l.* 59 *§.*3, *l.* 60 *§.*2, *eod.* ad reddendum accepta mandati occaſione, & omne lucrum, *l.* 55, 60 *§. penult. l.*10 *§.*1,2, *l.*12 *§.* 6, *l.* 59 *§.* 1, *eod.* omneque intereſſe mandatoris, ex eo, quod vel impletum non eſt ſuſceptum mandatum, vel ſuſceptum impletum non quo debuit modo impleri, *l.*6 *§.*1, *l.*27 *§.*2, *D.eod. l.*5, 11, 16, *C. eod. l.*28, *de negot. geſt.* Contraria mandati; datur iis qui receperunt mandatum, *l* 12 *§.*4, *D.eod.* eorumque heredibus, *l.*14, *eod.dict.tit.* contra mandatorem ejusque heredem, *l.*12 *§.ult. l.*53, 54 *§.*1, *D.eod. l.*8 *C.eod. l.*60 *de Regul. Juris.* ad impenſas in rem bona fide factas, & ſumtuum rationem habendam, *l.*10 *§.*8, 9, *l.*12 *§.*5, *l.*27 *§.*4, *l.*29 *§.* 3, 5, *l.* 45 *§.*4, 5, *l.*56 *§.*3, *D. eod. l.*11, 20 *C. eod.* cum uſuris, *d.l.* 12, *l.*1, 18 *C. eod.* & omne mandatarii intereſſe, *l.* 22, 49, *D. eod.* damnumque quod paſſurus non erat extra mandati occaſionem,

*l.*61

l.61 §.3, de furt. Tranſegimus actionum ſpecies quæ propriè ex contractu oriuntur. QUASI EX CONTRACTU obligationes *enumeratæ ſub titul.28 lib.3.* quinque, ſex nobis pepererunt actiones ex contractu non propriè deſcendentes. *Communio enim quæ tertia ſpecies obligationum propoſita eſt, duas ex ſe parit actiones: propriam ex hereditatis communione, propriam ex aliarum rerum.* Sed ex his omnibus duæ priores duplices ſunt tàm directæ quàm contrariæ, reliquæ ſimplices. Prima eſt actio NEGOTIORUM GESTORUM; quæ Directa; datur ei cui res geſta *l.2,20, de negot. geſt.* ratum habenti quaſi ſibi geſtum, *l.6 §.8,9, l.9 eod. l.62 de Solution.* adverſus negotiorum geſtorem; *d.l.2, D.eod. l.3 §.4, eod.* ſuorum, ſeu alterius quaſi ſuorum, ſeu quaſi âlterius ſuorum: *l.6 §.2,3, eod.* ad omne quod non ut oportuit geſſerit, vel ex his rebus retinuerit, *l.2, 6 §. ult. eod,* non tantùm ſortis, ſed & u-

ſurarum; tàm quas perceperit quàm poterat percepiſſe *l.8 §.1, l.19 §.4, eod. l.13, 24 C. de uſuris.* nec doli tantùm & culpæ præſtationem, ſed negligentiam quoque *l.6 §. ult. l.11, l.21 §.3 fin. eod.* & caſum culpa geſtoris contractum, aut quemlibet ſi geſſerit prædo *d.l.11, 13, 32 prin. eod.* Contraria; datur ei qui negotia geſſerit abſentis vel ignorantis, vel hereditaria *d.l.2 prin. §.1, ſ. de obligat. quæ quaſi ex contr. naſc.* utiliter: tametſi effectum non habuit utilem geſtum cœptúmve utiliter; *l.10 princ. & fin. l.12, 13, 22, D. eod.* adverſus eum cui geſtum, ejúsve heredem, *d.l.2, 3 prin. §.2, l.20, D. eod.* ad omne quod quis utiliter in rem ejus impēderit, vel ad quod ſemetipſum obligaverit, *d.l.2, 28, 45 princ. l.10 princ. eod.* unà cum uſuris: & quas præſtiterit geſtor, & quas percipere neglexerit ex impenſa pecunia *l.19 §.4, eod. l.37 de uſuris.* Secunda actio Tutelae eſt, ex tutelæ adminiſtratione, *§.2, ſ. de obligat. quæ quaſ. ex contr. naſc.*

quæ

quæ Directa; datur finita jam tutela, *§.ult.* ſ̃.*de Attilian. tutor. l.1 fin. l. 4, 9, de tutelæ. l. 12 C. de adminiſtr. tut.* puberi cujus adminiſtrata tutela, ejúsve heredi, *l.1 §.8, l.4 prin. l.18, eod. l. 33 §. 2, de adminiſtr. tutor. l.12 C. arbitr. tutor.* adverſus tutorem quemcunque *l.18, 37, de adminiſtr. tut. l.4 §.1, tutelæ. Novell.155.c.1.* pro parte qua geſſerit primùm, deinde ſi ſolidum non fuerit ſervatum, ſine diſtinctione; & in reliquum *l.ult. Rem pupil. vel adoleſc. ſalv.* etiam adverſus heredem, *l.1 §.8, 10, l.23 D. de tutelæ. l.69 de fidejuſſ. l. 2 fin. C. de tutor. vel curator. l.6, 10, 12, C. arbitr. tut. tot. tit. C. de heredibus tutor.* Contraria tutelæ; finita adminiſtratione vel remoto tutore *l. 1 §. 2, l. 4, de contrar. tutel.* datur tutori (vel & curatori) cuilibet, *d.l.1, §.1.* adverſus pupillum jam adultum, *d.l.1 prin. eod. l. ult. Ut legator. ſeu fideicom. nom.* ad id conſequendum cum uſuris quod ei abeſt ex geſtu bona fide *l.1 §.4, l.3 prin. §. 1, 2, 3, eod.* licet eventu infelici, *d.l.3 §.*

4,*eod.* quódve abſuturum ei eſt ob ſui ſuæque pro eo rei obligationem, *§.2 fin. ſup. de oblig. ex quaſi contr. l. ult. D. de contr. tutel.* Tertia quaſi ex contractu actio eſt Communi dividundo judicium, quod inter eos redditur, inter quos res aliqua *extra hereditatem, de qua ſeq. obligat.* communis eſt ſine ſocietate conſenſu inita, non ſine inita re *§.3, ſ̃. de obligat. quæ quaſi ex contr. l.1,2 prin. Commun. dividun. l.25 §. 13, famil. erciſcun. §.20, eod. h. titul.* vel ad diviſionem rerum ipſarum *d. §. 20, l. 3,4 prin. l.13,19 prin. & fin. l.5, Commun. dividun.* quia nemo compellitur invitus ad communionem, *l.26 §.4, de con dict. indebit.* nemo invitus in communione detinetur, *l. ult. C. Commun. dividun.* vel rerum indiviſarum nomine *l.4 §.2, D. d. tit.* nomine fructuum lucríve quos & quod ex communi re ſocius ſolus perceperit, *d. §. 3, de obligat. quæ quaſ. ex contract. l. 3, 6 §. 1, 3, l.4 §. ult. l.11, Commũn. divid. l. penult. C. eod.* & præſtationum ſeu impenſarum quas

quas in commune actor ſolus expen derit *l.4 §.3, l.6 §.2,3, & ult. l.8 §.3,4, D. eod, l.penult. C.eod.* quodque damnum in re peculiari communionis nomine ſuſtinuerit, *l.9, 11, 25, D.eod.* & culpam denique atque dolum ſocii *d. l. penult. C.eod. l.8 §.2, l.20, 26, 27, D.eod. l. 2 §.1, de religioſ. & ſumtibus.* Quarta eſt judicium FAMILIAE ERCISCUNDAE, *ita ex ll.XII.tabb. l.1, D.Famil.erciſcun.* vel dividendæ hereditatis judicium, *l.3 C.Famil.erciſcun.* quod inter coheredes datur quoslibet, & quoslibet alios ſucceſſores, *l. 24 §. 1, D.eod. VVeſenb.eod.D.paratitl.numer.4.* volenti diſcedere à communione *l.1, 36, 43, 51 §.1, D.eod. §.20, eod. h. tit. §. 4, ſ. de obligat. quæ quaſi ex contr.* ad dividendam hereditatem, & omnia inter eos bona communia, *l.2 prin. D.eod. l. 8 C.eod.tit.* nominibus exceptis; quæ ipſo jure ex ll.XII. tabb. ſunt diviſa, *l.2 §.5, l. 4 prin. l.25 prin. D.eo. l.6, C.eod.* tametſi factis ſuper ea partium ſtipulationibus ſtetur *d. §. 5, eod.* & iis

exceptis quæ maleficio ſunt adquiſita, *l.4 §.2, eod. VVeſenb. num.5.* aut aliàs improbata: ut, venena, & libri improbatæ lectionis, *d.l. 4 §.1, eod.* Datur item ad certas præſtationes non tantùm dolo & culpa coheredis factorum, *l.16 §.3, l.25 §.13, 14, 15, l.44 §.2, D. eod. l. 19 C. eod.* & exactam diligentiam; non boni & diligentis illam quidem patrisfamilias, ſed ut in propriis rebus, *d.l. 25 §.13, eod.* ſed etiam ad ſumtus ab uno factos herede bona fide *l.18 §.3, 6, 7, l.25 §. 11, 12, l.31, 39 prin. eod. l.18 C. eod.* Quinta actio quaſi ex contractu eſt actio LEGATI ſeu Legatorum, *l.35, de vulg. & pupill. ſubſtit. l.12 §.1, Si quis omiſſa cauſ. teſtament.* vel ex teſtamento, *l. ult. C. de codicill. l.34, §. 4, de Legat.1.* vel in Factum *l.63, de Legat.II.* perſonalis *l.1 princ. C. Commun. de leg. §.2,* s̃. *de legat.* legatorum nomine *§.5,* s̃. *de obligat. quæ quaſi ex contr. naſc.* & aliorum relictorum competens, iis quibus aliquid teſtamento vel codicillis relictum eſt: adverſus

verſus heredes adeuntes, *l.16 §.11, ad SC. Trebellian. l.5, de adquiren. vel omitten. hered. l.7, quan. dies legat. l.19 prin. de R. J. l.3 fin. l.4, Quibus ex cauſ.* pro partibus hereditariis ubi legatum indefinitè, virilibus ubi à quibuſdam nominatim relictum eſt *l.54 fin. l.86 §.3, l.124, de Legat.1.* Sexta actio eſt CONDICTIO INDEBITI, quæ aliàs Condictitia actio dicitur, *§.1, ſ. quibus modis re contrah.* aliàs Actio indebiti, *l.24 prin. de action. emti.* eique datur, qui non debitum *l.26 §.3, l.47, 65 §. ult. de condict. indeb.* per errorem facti vel ignorantiam, *l.1, 7, 11, 16, 40 pr. 54, 59, l.32 §.1, d. eod. titul. l.1, 3, 5, 6, ult. C. eod. de condict. indebit. §.1, ſ. quibus modis re contrah. oblig. §.6, ſ. de oblig. quæ quaſi ex contract.* perperam, *l.40 prin. D. eod. l.26 §. 1, de pactis dotalibus.* ſolvit vel promiſit *l.31, D. dict. tit. l. 2, C. eod.* adverſus eos quibus ſolutum eſt, *d. §.1, ſ. quibus modis re contrah. oblig. l.49 D. d. tit.* ad repetendum ipſum quod datum eſt, aut ex eodem genere tan-

tundem, *l.7,26 §.12,l. 65 §.4, d.eod. tit. l.penult. de præſcriptis verb. l 1,C.eod.tit.* cum omnibus acceſsionibus & fructibus, *l.15,26,65, D.d. tit. l.37 §.1, de uſur.* vel ad condicendam ſcripturam, *d.l.31, l.3 C.eod.* Adhuc actiones ex contractu vel quaſi ex contractu fuerunt: ſequuntur ex quatuor ſpeciebus privatorum propriè delictorum totidem pœnales actiones. prima actio FURTI, ex cauſſa furtiva pœnalis, *§. ult. ſ. de obligat. quæ ex delicto naſc. l.9 C.de furt. l.7 § 1, de condict.furt. l.48 prin. l.54 §.3, de furt. §.18, eod. h. tit.* famoſa, *l.63 de Furt.* competit ei, cujus ex honeſta cauſſa *l.11, 76, de furt.* intereſt rem non fuiſſe ſurreptam, *l. 10,14 §.2, & 15, l. 78,80 §.1, D. eod. tit. l. ult.C.de furt.§.13, ſ.de obligat.quæ ex delict.* adverſus furem, *l. 41 §.2, l.54 §. 1, D.eod.* & adjutorem ejus, *l.52 §.15,l.36, d.titul.l.6,C.de condict.furt.* ad duplum furti non manifeſti, quadruplum manifeſti, *l.46 §. 2, D. eod. §.5, ſ. de oblig. quæ ex delict. l.11,C.de furt. §.18,23, h.tit.*

extra

extra rei ipſius vindicationem, vel condictionem, §.18, *eod. h.tit.* §.*ult.* *s̄. de oblig. quæ ex d.l.Et. tot. tit. D. & C. de condict. furt.* Sed hodie ex hoc delicto plerunque criminaliter agitur, *l. ult. D. eo. titul.* & quidem Juſtinianeo jure; ad pœnam extraordinariam non mortis aut membri abſciſsionis *Authent. ſed novo. C. de fugitiv. Nov.* 134. *c.ult. Vultej. lib.*1. *c.*54. novo poſteriore; ad ordinariam, & quidem capitis; majore quinque ſolid. quantitate furto: vel ex Conſtitut. Frideric. Imp. §.*ult. de pace tenen. & ejus violat. lib.* 2 *feud. tit.*27. vel conſuetudine, & confirmatione Carolina *art.*157. *Vultej. d. loc. not. num.* 11 *ſec. & lib.*2. *cap.* 19. Secunda de vi bonorum raptorum actio, ſeu VI BONORUM RAPTORUM, *l.*1, 2 §.14 *& paßim D. Vi bonor. raptor. tot. tit. s̄. & C. vi bon. rapt.* Seu Actio de bonis raptis, *l.*52 *fin. de furt.* ei competit, cujus bona rapta eſſe dicuntur, cuique dolo malo hominibus coactis damni quid factum di-

cetur, *l.2 princ. D. eod. l.1, C. eod.* & omni omninò cujus intereſt, *l.1 §. 18, 19, 20, D. eod. titul.* adverſus raptorem, eumque cujus dolo rapina facta ſit, *d. l. 2 princ. §. 2, 3, 14, D. eod. l. 80 §. 2, de furt.* ad quadruplum pretii rei raptæ non ejus quod intereſt, *d. l. 2 §. 10 eod.* (ut tamen in eo & res contineatur rapta; *§. 19, h. titul. prin. ſ. Vi bonorum raptor.*) intra annum utilem, *l. 2 §. 10, eod l. ult. C. eod.* ſimplum pòſt *l. 1, d. l. 2 prin. l. 4 §. 4, d. tit. l. 2, 3, 4, 5, C. eod. d. §. 19, eod. hoc titul.* Tertia actio DAMNI INJURIAE, *l. 32, 41 princ. D. ad l. Aquil. princ. ſuprà eod. titul. l. 57, D. Locat.* vel per injuriam dati *§. 13, ſup. eod. dict. titul. l. 1, C. eod.* per l. Aquiliam conſtituitur, *dict. prin. ſup. eod. Vid. tot. tit. D. & C. ad l. Aquil.* adverſus eum qui dederit damnum *l. 2 prin. l. ult. D. eod.* injuria, hoc eſt contra jus, *dict. l. 2 prin. l. 3, 5 §. 1, l. 49, § ult. D. eod. titul.* vel per imperitiam, *l. 7 fin. eod. §. 7, ſup. eod.* aut culpam, *l. 5 §. 1. l. 31, D. eod.* quamvis leviſsimam, *l, 44, eod. VVeſenb. eod. tit.*

num.

num. 9. ad damnum ſarciendum reſtituendúmve in priſtinum ſtatum, *l.*2 *C.eod. dict.tit.* Quanti eo anno retrorſum *l.*21 *princ. l.*23 §.2,3,4, *l.*51,55, *D. eod. titul.* res plurimi fuerit; occiſo ſervo vel pecude quadrupede *l.* 2 *pr.* §.1, *l.*21,23 §.3,4, *D.eod.* §.9, *ſ. ad leg.Aquil.* Quantíve plurimi fuerit in diebus proximis XXX; ſervo vel quadrupede non occiſo, ſed vulnerato tantùm, aliîsve aliter rebus læſis vel violatis vel peremtis *l.* 29 §.*ult. l.* 27 §.4, *eod.titul.* §.14,15, *ſ.eod.tit.* Qua utraque æſtimatione non rei tantùm ipſius ipſiúsve corporis habenda ratio eſt, ſed omnis omninò damni quod præterea contigit §.10, *ſ. eod. l.* 21 §.1, *l.* 22 *prin. l.*23 *princ.* §.2, *l.*33 *prin. l.*37 §.1, *l.*55, *D.eod.* Et ut in confitentem in ſimplum datur: ita creſcit in inficiantem convictum in duplum condemnatio. *l.*2 *princ. l.*23 §.7 *fin.D. eod. l.*5 §.2, *de ſervo corrupt.* §. 23, 26, *hoc eod.titul. l.*4,5, *C. ad leg. Aquil. l.*14, *de rei vindicat.* Quarta actio INJURIARUM,

de injuriis datur paſſo injuriam ſeu per ſemetipſum ſeu per ſuos, §. 2, ſ̃. *de injuriis*, *l*. 1 §. 2, *D. de injur. & fam.* adverſus eum qui aut ipſe fecit aut dolo fieri fecit injuriam *l*. 11 *prin*. §. 3, *l*. 15 §. 2, 7, *D. eod. tit.* §. 11, ſ̃. *de injur.* & quidem vel civiliter ex ll. XII. tabb. propter membrum ruptum ad pœnam talionis: proptèr os fractum ad nummariam pœnam, §. 7, ſ̃. *de injur.* ex jure verò prætorio; ad æſtimationem injuriæ judicis arbitrio auctam vel minutam, *d.* §. 7, *l*. 17 §. 2, *l*. 21, 37, *D. eod. titul.* ex l. Cornelia injuriarum; item ad ęſtimationem ex tribus tantùm cauſsis: quòd quis pulſatus verberatúsve, domúsve ejus vi introita ſit, *l*. 5, *D. eod.* §. 8, ſ̃. *de injur.* vel criminaliter; ad pœnam officio judicis extra ordinem irrogandam §. 10, ſ̃. *de injur. l*. 12 *fin. de accuſation. l. ult. D. de injur.* Tollitur autem hæc actio primùm diſsimulatione, ſi quis injuriam paſſus ſtatim ad animum ſuum eam non revocaverit, §. *ult.* ſ̃. *de injur.*

*jur. l.*11 §. 1, *l.*17 §. 5, *D. eod.* deinde & pacto, tranſactione, jurejurando, ſatisfaciendo, remittendo, *d. l.*17 §. 5, *l.* 5, *C. eod.* Hactenus de actionibus ex vero delicto. Ex obligationibus quę oriuntur quaſi ex delicto, quatuor ſunt in Factum prætoriæ actiones. quibus illud cõmune inter ſe, quòd omnes pœnales ſunt, & heredi quidem dantur, ſed non in heredem, §. *ult.* *ſ̃. de obligation. quæ ex quaſi delict.* & ex his ipſe Filiusfamil. non pater ejus convenitur, §. 2, *ſ̃. de obligat. quæ ex quaſi delict. l.*1 §. 5, *de his qui dejecer.* Prima eſt ex LITE JUDICI SUA FACTA, adverſus judicem qui vel evidenti gratia vel per imprudentiam judicando litem in ſe tranſtulerit *l* 15 §. 1, *l.* 40, *de judic. l.* 5 §. 4, *de obligat. & action. l. ult. C. de pœn. judic. pr. ſ̃. de obligat. quæ quaſi ex delict. naſc.* vel in veram litis æſtimationem; ſi dolo factum *d. l.* 15. *fin. l. ult. C. de pœn. judic.* vel quantum religioni judicantis æquum eſſe videbitur; ſi factum per

imprudentiam *d.princ.* ſ.*de obligat. ex quaſi delict. l.ult.de variis & extraordin.* Secunda actio eſt de EFFUSIS vel DEJECTIS *l.1 princ. l.5 §.5, de his qui effud. vel dejec.* perpetua: vel occiſo libero; annalis & popularis, *d.§.5, eod.* competens ei, cui ex cœnaculo alterius effuſſo dejecto nocitum eſt, *§.1,* ſ. *de obligat. quæ ex quaſi delict. naſc.* heredique ejus, *d.l.5 §.5, de his qui eff.* vel occiſo homine iis quorum intereſt maximè, cuiq; vis ex populo *d.§.5, §. ult. eod.* adverſus eum qui cûm dejiceretur vel effunderetur inhabitabat cœnaculum, *l. 1 prin. §.2, l.6, d. titul.* in duplum damni ex ea re cuivis præter liberum hominem dati: occiſo libero; in aureos quinquaginta: læſo; quantum judicanti æquum eſſe videatur, *l.1 prin. §.3,4, l.ult. D.eod. d. §.1,* ſ. *de obl. quæ ex quaſi delict. naſc.* Tertia eſt de POSITO *l.5 §.6, D. de his qui effud. vel dejec.* popularis, *§.ult. d.ead.l. & titul.* pœnalis actio, x. aureorum: in eum comparata, qui in

his

his ædium partibus, quà vulgò iter fit quàve vulgò conſiſtitur, periculosè poſitum ſuſpensúmve id habet, cujus caſus nocere cui poſsit, *d.l.5 §.6, & ſeqq.eod. §.1,2, ſ. de obligat. ex quaſi delict.* Quarta actio quaſi ex maleficio ADVERSUS NAUTAS CAUPONES STABULARIOS comparata eſt, qui naves cauponas ſtabula exercent: in duplum, ſi quid ab eorum quoquam quos ibi habebunt doli aut furti factum erit *§. ult. de obligat. ex quaſi delict. l. unic. D. Furti adv. naut. caupon. l.6 §.1, l.7, Nautæ caupon. l.5 §.ult. de obligat. & action.* Hucuſque de actionibus tàm civilibus quàm prætoriis quæ ex obligatione vel contractus vel delicti quoquo modo deſcendunt, copiosè dictum eſt: ſunt & prætoriæ actiones quæ ex ſola æquitate competunt. eæque vel ad rem agunt recuperandam, vel ad pœnam. ad rem agentes præcipuæ tres ſunt: actio de PECUNIA CONSTITUTA vel Conſtitutoria,

l 20, de pecun. conſtit. vel De conſtituta, *l. 1 §. 2, l. ult. d. eod. titul.* competens in eos qui ſe pro ſe vel aliis ſoluturos conſtituerint ſine ſtipulatione, *§. 9, eod. l. 1, l. ult. C. de pecun. conſtitut.* decem non minus diebus poſt factum conſtitutum, *l. 21 §. 1, D. eod. tit.* non tantùm de rebus fungibilibus (ut olim) quæ pondere, numero, menſura continentur, ſed omninò de omnibus; Receptitia quæ de aliis competebat ab uſu remota *l. 2, C. eod. h. tit. §. 8 eod.* Actio de PECULIO, cùm quid cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotii geſtum eſſe dicitur, contra patrem dominúmve competens, peculiotenus *Vid. ꝑ Quod cum eo qui in alien. poteſtat. eſt negot. & tot. titul. D. & C. de peculio. & tit. Quod cum eo qui &c.* Actio IN FACTUM EX JUREJURANDO ſeu præſtito ſeu remiſſo, ad ſimilitudinem judicati competens ei qui juravit *l. 8, C. de reb. cred. & jurejuran. l. 11 prin. de jurejuran.* in qua Utrum debeatur nihil quæritur, quæritur

ritur tantùm an ſit juratum §.8,11,*eod.* *l.5 §.2. l.28 fin. l.9 prin. §. ult. de jurej.* Atq; hæ prætoriæ rem perſequuntur: Pœnales ait Imperator, prætoriẹ innumerabiles ſunt, §.12 *fin. eod. hoc tit.* Ut adverſus eum QUI QUID EX ALBO PRAETORIS propoſitum perpetuæ juriſdictionis cauſſa dolo malo CORRUPERIT, in pœnam quinquaginta aureorum *d.* §.12, *l.7, de juriſdict.* & QUI patronum parentemve SINE VENIA Prætoris in JUS PERTRAXISSET, ſimiliter in pœnam aureorum quinquaginta *l.12, 24, 25, de in jus voc. §. ult. J. de pœna tem. litig.* vel corporis pœnam ſi idoneus & ſolvendo non ſit *l. ult. D. de in jus voc.* &, QUI VI EXEMERIT doloye eximi fecerit EUM QUI IN JUS VOCARETUR *d.* §.12, *l.3 fin. l.4 fin. l.5 prin. Ne quis eum qui in jus.* non ad id quod in veritate eſt, ſed Quanti res eſt ab actore æſtimata, de qua controvertitur *d. l.5. prin. eod.* Genera & ſpecies actionum tàm in rem quàm

in perſonam ſimplicium expoſuimus: eſt & tertium quoddam genus MISTARUM & in rem & in perſonam ACTIONUM: in quibus judici licet ex bono & æquo rem uni litigatorum totam adjudicare, eundemq; invicem ceteris ad certas perſonales præſtationes condemnare. §.20, *eod. hoc tit.* §.4 *& ſeqq.* ℑ.*de offic.judic.* quales ſunt quaſi ex contractu duæ actiones: Familiæ erciſcundæ & Communi dividundo: de quibus expoſitum jam eſt; & actio FINIUM REGUNDORUM, inter vicinos de confinium agrorum terminis excogitata §.*penult.* ℑ.*de off. jud. tot. tit. D. & C. Finium regundor.* Tempus eſt ad reliquas actionum diviſiones tranſeundi: quarum illa SECUNDO ORDINE occurrit, qua quædam rei perſequendæ gratia comparatæ dicuntur, quædam pœnæ, quædam utriuſque gratia. ideò miſtæ appellatæ §.16, *eod. hoc tit. Vultej. lib.* 2. *c.*4. PERSECUTORIA REI

actio

actio eſt, qua quod ex patrimonio nobis abeſt perſequimur *l.35, de oblig. & action.* Tales ſunt, Omnes in rem actiones: & ex iis quæ in perſonam ſunt, Omnes ex contractu deſcendentes; excepta Depoſiti actione ex quatuor cauſsis: ruinæ incendii tumultus naufragii; quibus miſta eſt in duplum, duobus caſibus; ſi vel contra depoſitarium agatur inficiantem depoſitum, *l.1 §.1, l.18, depoſiti. §.17, 23, 26, eod. hoc tit.* vel; ſi contra defuncti heredẽ: ex dolo nõ defuncti ſed proprio ipſius *d.l.1, & l.18, d.§. 17 eod.* POENALIS actio eſt pœnæ perſequendæ cauſſa comparata *§.16, 18, eod.* Quales ſunt pleræq; ex maleficijs deſcendentes, *Vultej lib.2.cap.4.* Ut actio Furti utraq; *d.§.18, §.ult.s̃.de oblig.quæ ex del.naſc.* actio Injuriarum, *l.2 §.4, de collation. l.7 §.1, de injur. & famil.* MISTA actio eſt tâm pœnæ quàm rei perſequendæ gratia comparata *§.16, 18, 19, eod.* Ut Vi bonorum raptorum; quia in quadruplo ſim-

plum ineſt: triplum pœnam continet *prin. §. Vi bon. raptor. l. 1, C. eod. d. tt.* item actio L. Aquiliæ de damno dato injuria, duobus caſibus: primùm ſi adverſus inficiantem dupli agatur, *l. 2 prin. l. 23 §. 7 fin. ad l. Aquil. l. 4, 5, C. eod. tt.* deinde, Si res cui damnum illatum retrò in eo anno vel diebus xxx pluris fuerit *l. 2 prin. §. 1, l. 21, 23 §. 3, 4 l. 29 §. ult. l. 27 §. 4, ad l. Aquil.* item actio de Legatis religionis vel pietatis intuitu relictis; quæ in duplum ſolvi neceſſe eſt quoties uſq; ad litis exordium dari differuntur *§. 19 eod. §. 23, 26. eod.* TERTIA DIVISIO ACTIONUM eſt, quod alia in ſimplum, alia in duplum, triplum, quadruplum rei concipitur *§. 21 eod. hoc tit.* In SIMPLUM, omnes rei; pleræque pœnæ perſecutoriæ *§. 22. eod. tit.* in plus quædam pœnales, omnes miſtæ: cùm totum vel ſimplum duplum triplum pœna eſt. Simplum in actionibus DUPLI pœna eſt: vel omnimodò omni caſu, ut in actione Furti

Furti non manifeſti, *l.46 §.2, l.50 de furt.* Et SERVI CORRUPTI; adverſus eum qui ſervũ alterius quoquo modo corruperit vel deterioris animi fecerit *tot.tit. D.& C. de ſerv. corrupto.* vel facere tentaverit *§.8, s̃. de obl. quæ ex delicto. l.20 C. de ſerv. corr.* vel aliquando; ut in Damni injuriæ adverſus inficiantem, *§.26, eod.tit.* Depoſiti ex ruina incendio tumultu naufragio adverſus eũdem *l.1 §.1, l.18, depoſit.* Legatorum ex piis cauſsis; tàm adverſus inficiantem, quàm uſq; ad judicialem debitoris conventionem *d.§.26, & §.19 eod.* TRIPLI actione pœna eſt dupli, contra eum qui majorem debito quantitatem libello conventionis inſerverit, damnum ex eo paſſo comparata, vt in triplum reſtituatur *§.24, 33, eod. l.2 C. de plus petit.* QUADRUPLI actione vel totum pœna eſt vel pœna triplum. totum; vt in actione Furti manifeſti *§.ult. s̃. de obl q. quæ ex delict.* triplum; ut actione pecuniæ datæ Calumniæ cui li-

tisve faciendæ vel non faciendæ cauſſa §. 25, *eod. l.* 1. *princ. & tot. tit. D. de calumniator.* actione Quod metus cauſſa geſtum eſſe dicetur, adverſus quoslibet *l.* 9 §. 8 *& t. tit. D. quod met. cauſ.* ante ſententiam reſtitutionem rei non facientes, *l.* 12 §. 1, 3, 4, *d. eod. tit.* §. 27, *eod. hoc tit.* item actione adverſus Executores litium, plus cōſtituto à reis ſportularum nomine exigentes, §. 25, *eod. l.* 2, *C. de ſportul. Nov.* 124. *c.* 3. &, Vi bonorum raptorum, *prin.* §. *de vi bon. rapt.* §. 19 *eod. tit. de actionibus*

Succedit QUARTA DIVISIO actionum in actiones bonæ fidei, ſtricti juris, vel arbitrarias §. 28, 31, *eod. hoc tit.* BONAE FIDEI ſunt actiones, in quibus ex bono & æquo libera poteſtas judici permittitur æſtimandi, Quantum actori reſtitui debeat, §. 30, *eod.* §. *ult.* §. *de oblig. quæ ex conſ. naſc. Vult. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 24. licet neq; dictum ſit neq; ſit cogitatum *Althuſ. lib.* 1. *c.* 26. Quales ſunt; ex emto vendito, *l.* 84 §. 4, *de Leg.* 1. *l.* 1 §. 1, *l.* 6 *fin. l.* 11 *prin. de*

action.

*action.emti.*locato conducto, *l.2,17,21, C. de loc. & cond*. negotiorum geſtorum, *l.5 prin. de obl. & action. l 7, de neg. geſt.*mandato, *l.11,20 C.de mand. l.5 prin. de obl. & action.* depoſito, *l.1 §.17, depoſiti.* ſocietate, *l.78, 52 §.1, pro ſocio,* tutela, *l.1 §.1, de tutelæ. l.5, C.de teſtam. tut.* commodato, *l.3 §.2, Commodat,* pignore, *l.36 de peculio. l.6 C. de pign. action.*familiæ erciſcundæ judicium, *l.9 C. famil. erciſc. l.3, C. Comm. utriuſq. jud.* communi dividundo, *l.4 §.2,l.14 §.1,l.24 prin.Comm. divid.l.3,C.eod.d.tit.* actio de Æſtimato, ſeu re æſtimatò vendenda tradita, reddenda vel ipſa vel æſtimatione, *l.1 prin. de æſtimator.* ex Permutatione, rei pro re datæ *l.2, C.& D.de rer.permutat.*hereditatis petitio, ex confirmatione Juſtinianea, *§.28,eod.hoc tit.l.ult.fin. C.de hered.petit.* & ex ſtipulatu actio pro dotibus exigendis ex introductione Juſtiniani *§.29, eod. l.21,Soluto matrim. l.un.§.2, C.de rei ux. act.* STRICTI JURIS actiones ſunt, in quibus judex præ-

ciſè juris neceſsitati ſubiicitur *arg.l. 40 de judic. Vult. lib.1. c.4.n.42. Seneca de benefic.lib.3.c.7.* & veritatem, legumq́; & juſtitiæ veſtigia ſequi tenetur, *l.13. fin. C.de ſentent. & interlocut. Nov.82.c. 13.prin.j. de offic.jud.* Tales omnes illæ ſunt quæ non bonæ fidei fuerunt, *Vveſenb.ad §.28 eod.n.2* nec arbitrariæ, *§.31, eod. d.tit.* & poſſunt bonæ fidei fieri, oppoſita doli mali exceptione vel replicatione *Cujac.3.obſerv.17.l.42, de mort.cauſ.donat.l.3 C.de exception.* Effectus ſtricti juris actionum præcipuus in errore agentium deprehenditur, cum aut plus debito petitur ab actore, aut minus, aut ab eo diverſum. PLUS PETITUR quatuor modis: re, tempore, loco, vel cauſſa. RE, cum pro quantitate minore major exigitur *§.33, eod. §.5, ſ. de fidejuſſor.* TEMPORE, cùm quis præmaturè petit *l.15, de ann. legat. l.un. fin. Quando dies uſus leg.ced. l.9 prin.de rebus cred l.1, C.de condict. ex leg.d.§.5, de fidejuſſ.* LOCO, cum debitũ certo loci, alio purè

petitur

petitur *l.1,de eo quod certo loc. d.§,33,eod. hoc tit.* CAUSSA, cùm certum pro incerto petendo, jus aduerſario electionis aufertur, *d.§.33,h.tit.* Quocunque iſtorum modorum plus peteretur, olim cauſſa cadebat actor ſine reſtitutionis ſpe: niſi vel minor eſſet annis XXV. vel juſtiſsima erroris cauſſa deceptus *d. §. 33, §. 10, ǰ. de exception.* Hodie, ſi plus petitum ſit tempore; duplum neglecti temporis reo ſine uſurarum ſolutione indulgetur, cum omni ſumtuum & damni reſtitutione, *l.1,2, C.de plus petit. d.§.33,d.§.10,*ſi alio modo.plus;omne damnum reo, commiſſa tripli æſtimatione reſtituitur §.24, *d.§.33 fin.eo. d.l.2 C.de plus petition.unà cum conſt. Gr. ἐὰν τις,eod.* Si non fuerit plus quàm ad quem pertineat, ſed MINUS petitum; actor nihil læditur, ſed eodem judicio in reliquum etiam obtinet §.34,*eod.d.l.2 C.de plus petit.* Si ALIUD PRO ALIO ſit petitum; licet actori errorem ſuum in eodem judicio co-

gnita veritate corrigere, *§.35, eod.* uſque ad litis conteſtationem mutando; uſque ad ſententiam declarando libello conventionis *Vveſenb.paratit. D.de edend.num.8. Vultej.lib.2.Juriſpru. c.29 fin. & c.30.nu.* 74 *ſec.* ARBITRARIAE actiones, id eſt ex arbitrio judicis pendentes per accidens: ſtrictę ſui natura *Althuſ. lib. 1. c. 26.* ſunt, in quibus niſi arbitrio judicis ex bono & æquo æſtimantis Quemadmodũ actori ſatisfiat ſatisfaciat reus, ita demum condemnatur *§. 31, eod. Vultej. lib.2.c.4.* ſi verò ſatisfaciat, abſolvitur *§.27, eod.h.tt.* Quales ſunt in rem: Publiciana *d.§.31, & ibi Theophil.* Serviana & quaſi Serviana, *l.16 §.3 de pignor.* in perſonam: actio Quod vi aut metus, *l.14 §.1,3, Quod met. §.27, eod. hoc tit.* item de Dolo, *l.18 prin. de dolo mal.* deque eo Quod certo loci promiſſum eſt, *l.4 §.1, l.3,5,8, de eo quod certo loc. §.33, eod.h.tt.* item actio ad Exhibendum, *l.3 §.2,11, ad exhiben. §.3 fin. J. de off. jud. l. ult. §.1, de appellat. l. 4, C. ad exhibend.*

quibus

quibus annumerat Vultejus *lib.2 Juriſprud.c.4.* actionem Rerum amotarum, rei Vindicationem, actionem Noxalem, Confeſſoriam & Negatoriam, Favianam & Calviſianam, Paulianam, Finium regundorum, Redhibitoriam & Triticariam. QUINTA actionum DIVISIO eſt, quod aliæ ſunt quibus Solidum quod nobis debetur conſequimur, aliis Quantum adverſarius facere poteſt *§. 36, eod. l.16, de re judic.* Cùm SOLIDUM, plena dicitur actio *l.35 prin. de negot. geſt.* & fit hoc regulariter: *Vultej. lib.2. c.7.* illud non niſi ſumma ratione & perſonali beneficio indulgetur. *l.63 prin. § 1, pro Soc. §. ult. h. tt.* ut non ultra facultates reus damnetur, *l.21, de re judic. §.37, eod. hoc tit.* nec adhuc totum quod habet extorquēdum ei ſit, ſed adhuc ipſius ne egeat, ratio habeatur *l.173 R.J. l.19 §.1, de re judicat.* Sic Pater de peculio filii, Dominus ſervi convenitur *§.10, 36, eod. §.5. j, quod cum eo qui in alien. poteſt. l.11, de tributor. act.*

*l.*10 *§.*3,*de in rem verſ.* Maritus de dote & aliàs ab uxore: Uxor à marito, *§.* 37,*eod.l.*12,13,14 *Soluto matrim. l.un.C.de rei uxor.action.* Parens à filio, *§.*38,*eod. l.*7,*de obſeq.patron.& parent.l.*19 *prin.de rejudicat.* Patronus à liberto,*l,*17,*de re judic. d.l.*19, *d.l.*7, Socius à ſocio, *l.*16, 22 *§.*1,*de re jud. l.*63,67,68 *pro Soc.* Donator ex ſua donatione, *d.§.*38,*eo.l.*12, 33 *prin.de donation. l.*33 *prin. de jure dot. l.*19 *§.*1, *l.*30, 41, *de re judicat.* Debitor poſtquam bonis ceſſerit,*§.ult.hoc tit. l.*4,6,*de ceſſione bonor.l.*7,*C.eod d.tit.* Miles armatæ militiæ, *l.*6 *princ. l.*18 *de re judic.* Socer,*l.*21,*de re jud.* Filius exheredatus & qui ſe abſtinuit bonis paternis, *l.*49 *de re judic.l.*2, *C.quo. cum eo qui in alien.* Sic mutuò debitum cum credito compenſaturus: extra depoſiti cauſſam *§.*30 *§.penult.eod.l* 1,4,5,21, *de compenſat. l.*4 *& ultim. C. eod. d. tit. l.ultim. C. depoſiti.*

DE

QUOD CUM EO QUI IN ALIENA POTESTATE eſt, negotium geſtum eſſe dicitur.

Titul. VII.

SPECIES ACTIONUM in quinque diviſionibus earum abſolvimus: qualitas ex agendi cauſſa, forma, tempore triplex mutatur. cauſſa duplex eſt: Negotium cum eo qui in poteſtate geſtum, & Noxia ſervi vel quadrupedis. GESTO CUM EO negotio QUI SIT IN ALIENA POTESTATE, jus filiifam. & patris vel commune eſt cum ſervi & domini jure vel proprium *prin. & §.6, eod. hoc tt.* Communi utriſque jure, non transfertur actio quæ cuiquam ex ejuſmodi facto civili vel honorario jure competit, ſed ex bono & æquo *prin. l.1, Quod cum eo qui in alien. poteſt.* alia nova edicto prætoris adjicitur, *l.1 §.8, l.5 §.1, de exercit. action. l.44, de peculi. l.3 §.5, 8, 9, l.38 prin. d. eod. tt. Vveſenb. paratit.*

paratit. D.de inſtitor.act.nu. ult. l.19. fin. d. in rem verſ. idque vel ex juſſu vel ſine juſſu. juſſu, vel vero vel intellecto. unde utrinque directa in jubentem actio quaſi cum eo potius contractum fuiſſet, §.1, *§.ult. h.tit.prin. l.1, de in rem verſ. l.1 prin. Quod juſſu.* Ex vero juſſu actio deſcendit Quod Jussu, *Rubr. & t.tit. D. quod juſſ.* vel De juſſu, *l.ult. D. eod.tt.* in ſolidum competens *§.1, eod.h.tt.l.1 prin.l.5 fin.D.l.8, C.quod juſſ.* cùm juſſu patris dominíve cum filiofamil. vel ſervo contractum ſit, *d.§.1, l.1 prin.§.1, l.2 §.1, D.d.tt. l.ultim. C.eod.* quatenus juſſum, *l.3, D. eod.tit.* Juſſus autem tàm generaliter quàm ſpecialiter intelligitur: & ſive teſtatò quis, ſive per epiſtolam, ſive verbis, ſive per nuntium juſſerit, *l.1 prin. D.eod.tit.* ſive ſubſcriptione vel ratihabitione, *d.l.1* §.2, vel mandato, *d.l.1 §.1.* Ex intellecto juſſu tres comparatæ ſunt actiones: exercitoria, inſtitoria, & de in rem verſo. priores duæ ex eadem æquitatis ratione nō ſolùm

ſolùm ex eo negotio quod cum alienæ poteſtatis perſona geſtum eſt, ſed quod cum eo quoque qui ſui juris eſt datur §.2 *fin. eod. h.tit. l.1* §.2,*de exercitor.action*. EXERCITORIA datur ex contractu cum navis magiſtro *l.1 prin.*§.13, *de exerc.act.*§.2,*eo.h.tt.* cui totius navis cura commiſſa eſt, *d.l.1* §.1,*eod.* rei cui præpoſitus ille eſt nomine tantùm celebrato *d.l.1* §.5, *l.7,eod.*adverſus exercitorem qui præpoſuit,*d.l.1 prin.*§.13,*eod.l.4,C.eod.tt.* in ſolidum *d.l.1 fin. l.2,3,4,6 fin. eod.* Eſt autem Exercitor, unde nomen actioni ad quem quotidianus navis quæſtus pertinet, ſive dominus idem ſit navis, ſive qui à domino conduxit, ſive mas ſive fœmina §.2, *eod. h.tit. l.1* §.7,11 *eod.d.l.4,C.eo.tt.* INSTITORIA eſt ex contractu inſtitorum, *l.1 prin. de inſtitor. act.* ejus rei gratia cui præpoſiti ſunt inito, *l.5* §.4,5,*l.11* §.3,1,2,*D. eod.l.1,3, C.eod. l. 8,D. quod cum eo qui in alien.pot.* adverſus eum qui præpoſuit,*l.1 prin.l 5* §.4,*l.7* §.1,*l. 9, D. eod. l.1*

prin.de exerc. act. in ſolidum comparata *l.5 prin.D.eod.l.2,& ult.C.eod.* Eſt autem Inſtitor, à quo nomen actioni, negotiationi præpoſitus *d.§.2,eo. h.tit.l.1 prin.de exercit.act. l.4 princ. l.5 prin.D. h. tit.* dictus quòd inſtet negotiis gerendis *l.3,D.eod.tt.* Actio de In rem verso competit, cùm quid in rem patris vel domini, neceſſariò vel utiliter *l.3 §.1, 2, l.5 §. 1, de in rem verſ.* converſum eſt, *l.1 princ. D.d. tit. l.1, C.de inſtitor. §.4,h.tit.* adverſus patrem dominúmve quorũ in rem verſum, *d.l.1 prin.l.5 §.1,l.13,14,eod.* ſive illi ratum habuerint quod geſtum eſt ſive non *d.l.5,d.§.4,l.3 C.eod.tt.* Eſtque hæc actio ſeparata à peculii ratione; quoties vel nihil eſt in peculio vel non eſt ſolidum *l. 1, de in rem verſ. Cujac. paratit. eod.* aliàs adjectio tantum eſt de peculio actionis, ut quod in peculium converſum eſt id in rem quoque verſum eſſe intelligatur *d.l.1,l.19 fin. D.eod §.4,v.licet. hoc tit.& paſſ.eod.* Ex negotio geſto ſine

juſſu

juſſu cum eo qui in aliena poteſtate ſit, duæ naſcuntur actiones: tributoria & de peculio. TRIBUTORIA eſt ex contractu cum eo qui in aliena poteſtate eſt in peculiari merce, domino vel patre ſciente, *l.*1 *§.3, de trib. act.* negotiante, *l.*5 *§.2, l.1 prin. §.2, 3, D. eod.* adverſus eum cujus dolo malo factum eſt, *l.7 §.1, 2, l.8, l. ult. eod.* quo minus ex edicto prætoris quidquid in his mercibus, quodque inde receptum erit *§.3, eod. h. tt. d l 5, l. penul. D. eod.* inter dominum vel patrem ceteroſque creditores pro rata debiti divideretur *d. l.5 §.3, & ult. l.6, 7 prin. D. eod. l.1 §.10, de exerc. act.* Unde excluſo privilegio *l.1 princ. D. eod. §.5, h. tit.* patris vel domini in peculii filiifamilias vel ſervi æſtimatione, deducto eo quod domino vel patri debetur faciendâ, *l.5 §. ult. l.11 §.3, de pecul. §.4, h. tit. l.1 prin. & §.2, de tribut. act.* æqualem facit creditorum quorumlibet conditionem, *d §5, hoc tit. l.6, l.1 prin. l.7 prin. eod.* Actio de PECULIO.
D

adverſus patrem dominúmve competit, *§.10,ſ.de action. l.21 fin.l.29 fin. l. 47 prin. l.50 §.3,l.1 §.2,de pecul.* ex contractu filiifam.vel ſervi *l,2, C.de institor.act.l.1 §.1,l.3 prin.l.39 prin.de peculio.* ad quantitatem peculii præſentis *l. 11,de tribut.act.§.8,36,ſ.de action. l.10 §. 3,de in rem verſ.l.32 §.1 de peculio.* deducto eo quod domino vel patri, eíve qui in eorum poteſtate, debetur *l 5 fin.l.9 §.2 & ſeq.l.11,22,23,27 §.1,l.49 §. 2,l.52,56,de pecul.d.§.5,eod.h.tit.* Hæc autem de peculio actio cum ſuperioribus univerſis; quia ex una eademq; cauſſa ſervorum filiorumque familias contractus, in dominos eorum parentéſve dari ſolent *prin.eod. h. tit. l.1, quod cum eo qui in alien.* ita concurrit, ut pro qualibet iſtarum moveri rectè poſsit, non quælibet pro iſta. Sed trium priorũ ſtultiſsimus quiſque qualibet derelicta, hanc de peculio amplectetur: Tributoria autem hac modò utilior eſt modò inutilior. de In rem verſo plenior eſt & hac

hac & iſta, *d.§.5,h.tit.l,9 §.1,l.penul. de tribut.act.* Diximus de communi patris & domini, filiifamil. & ſervi jure. proprium in filiisfamil.jus eſt ex SC. MACEDONIANO, quod occaſione Macedonis cujuſdam Romani fœneratoris uſurpari cœpit, *l.1 prin. de SC. Macedon.* pecuniæ mutui filiisfam. datione pernicioſa parentibus eorum viſa, *l.3 §.1, d.eod tit.* Ut qui mutuam filiofamil. pecuniam aliúdve in fraudem Senatuſconſulti *l.7 §.2,d.tit.* quali quali prætextu dediſſet,*l.4,l.3 §.1,l.7 prin.§.1,eod.* nullam ejus nomine actionem,petitionem, perſecutionem, nec adverſus ipſum filiumfamilias licet jam factum Sui juris, nec ejus patrem, heredem, fidejuſſorem,mandatorem haberet, *l.1,7 prin. & §.1,6,l.9 §.3,D.eod.l.6,C.eod. d.tt.§.7, hoc tit.* neque ipſe neque ſocius ejus neque ſucceſſor, *l.7 §.4, d. eod.tit.* aut haberet quidem actionē: ſed quod perinde eſt, quæ exceptione perpetua repulſa, quaſi nulla ei

fieret *l.7 §.4 & ſeqq.l.9 §.ult.eod.l.7 §.3,de dolo mal. Cujac. in paratit.D.ad SC. Macedon.l.66 R.J. l.112,eod.d.tt.* Atque hæc prima actionũ qualitas ex cauſſa unde daretur,fuit.

DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

Titul. VIII.

SECUNDAM actionibus qualitatem NOXIA adjicit,*l.19 prin.de noxal.act.l.9 fin. quod falſo tut. Vveſenb. paratit.de noxal. action.num.4.* quæ eſt maleficium quodlibet:hîc,ſervi privatum *prin.& §.1,h.tit.l.2 fin.l.4 prin. l.20,D.de noxal.action. l.238 fin. V. S. l.1 prin.Si quadrup.pauup.feciſſ. §.5,6,hoc tit. Unde,noxiam nocere.*proprium, *Vultej. 2.c.20.num.10.* vel; bruti delictum *l.1 prin. Si quadr. pauper.prin.*ĩ.*ſi quadrup.* Noxa,corpus, nocens, *d.§.1,l.1 prin. de his qui dejec.vel effud. l.1 §. 8, ſi quadrup.§.1,*ĩ.*de off.jud.l.4 §.ult. l.5,39 prin. D.eod.hoc tit. Unde, noxam dedere.noxæ deditio.* vel; damnum ex maleficio

l.1,14

l.1,14 prin.l.32 &c.D.eod.l.7 §.1,de damn. inf.§.5,eod.h.tit. Hinc noxam committere. Noxa caput ſequitur.arg. l.ult. D.eod. noxam ſarcire. vel pœna maleficii *l.2 prin.l.8 prin.l.17,28,31, &c. D.eod. princ. & §.3, h.tit. Unde noxæ aliquem dedere. noxæ deditus.* Hinc NOXALES ACTIONES appellantur quæ nón ex contractu, ſed ex noxa atque maleficio ſervorum adverſum nos inſtituuntur, *l.1, de noxal.action.* vel ex pauperie brutorum *l.1 princ. & t.tit.D.& Inſtit. ſi quadr. pauper. fec.* olim etiam ex liberorum noxa, quod uſus jam pridem abolevit, *§.ult. h.tit. l.1 §.5, de his qui effud. vel dejec. l.57, de judic. l.24, de jurejuran. l.33,34,35, ad l. Aquil.* Videamus primûm de noxalibus ex ſervorum delictis, earumq; originem, perſonas, effectum conſideremus. ORIGO noxalium actionum vel ex legibus eſt vel ex edicto prætoris. ex ll; XII. Tabb. noxalis furti deſcendit *§.4, eod.h.tt.* non manifeſti, *argum. l.55 prin. de admin. & peric. tutor. Gode-*

fred. fragm. ll. XII. *Tabb. tit.* 24, *§.* 3:4, *Vveſenb. paratit. D. de furt. num.*14. ex l. Aquilia damni injuriæ *l.* 19 *de noxal. action. l.* 27 *§.* 7 *& t. tit. D. ad l. Aquil.* Ex edicto prætoris tres actiones noxales oriuntur: furti manifeſti, *prin. fin. j. de perpet. & temp. actionibus.* injuriarum, *l.* 17 *§.* 4, *de injuriis.* & vi bonorum raptorum, *l.* 4, *C. de vi bonor. rapt. l.* 2 *prin. §.* 15, *eod. D. d. tit. §.* 4, *h. tit.* Perſonæ ſunt quibus dantur noxales actiones, & adverſum quas dantur. DANTUR NOXALES non tantùm his quibus noxia nocitum eſt, ſed etiam ſucceſſoribus eorum: *l.* 42 *§.* 2, *de noxal. action.* niſi cui nocitum ipſe ſit dominus quoque noxæ. iſti enim nec in illam, nec in alium illius novum dominum actio competit, *§.* 6, *eod. tt.* quin extinguitur actio data; dominii noxæ ante litem conteſtatam adquiſitione *d. §.* 6, *eod. l.* 20, 26 *fin. l.* 37, *D. eod. tt.* ADVERSUM quos dentur noxales, uſitata juris regula compræhenſum eſt, Noxa caput ſequitur

quitur *§.5,eod. l.20, l.ultim. D. d.tit. l.1, C.eod.l.1 §.14 depoſit.l.18,41 §.2,l.61 prin. de furt.l.2,ſi ex noxal. cauſ. l.17 §.5,de inj. jur. l.4, C.an ſervus. l.1 §.6, ſi quadrupes paup.* Ex qua primùm apparet; Dominum noxæ cauſſa conveniri apud quem noxa nunc eſt, vel dolo ipſius deſiit eſſe *l.21 princ. l.26 §.2. l.39 prin. D.eod.* non apud quem pridem deliquit *§.3,d.§.5,eod l.20,36,7,l.penul. fin.D.eod.* deinde, Si ad libertatem noxa poſt commiſſam noxiam pervenerit, ipſam adhuc extincta noxali, directâ ex maleficio actione teneri *d.§.5,l.24 fin.D.eo. l.14, quod vi aut clam. l.14,de obligat.& action.* exque contrario; de delicto in libertate commiſſo teneri dominum in ſervitutem deducti *d.§.5,eod.* tertiò, Teneri ſucceſſorem dominii jure non ſucceſſorio *l.42 fin.D.eod.* EFFECTUS iſtarum actionum eſt & poteſtas, ut liceat domino damnato ipſius quod deliquit corporis deditione litis æſtimationem effugere, *l.1, 15, 18,19 D.eod.l.2,3,*

4,*C.eod.prin,* & *§.3,h.tit.§.1,ĩ.de offic.iudic.* antequam judicati conveniatur non pòſt *l.20 §.5,de hered.petit. Vveſen. paratit.D.h.tit.num.3.* Deditionis autẽ effectus ſunt duo: primus, Quod noxæ dedens liberatur obligatione *d.§.3,h.tit.d.l.15,18,D.eo.l.7 §.1,de damn. infect.*iniquum enim erat,nequitiam ſervorum dominis ultra ipſorũ corpora damnoſam eſſe *§.2, eod. h.tit. l.2 prin.D.eod.l.61 §.3, de furt. l.1 §.8, de vi & vi arm. l.2, de eo per quem fact. erit.* ſecundus, Quod dominium noxæ transfertur quidem perpetuò à domino dedente, in accipientem: *d. §.3. l.27 §.1, l.29,33, D.eod.* offerens autem huic damni reſtitutionem, auxilio prætoris etiam invito domino manumittitur *d.§.3 fin.*

SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE dicatur.

Titul. IX.

EX BRUTORUM delicto *l.1 princ. ſi quadrup.paup.*ſi quadrupes qualecunque.

ſecunque *d l* 1 *prin.* vel aliud animal, *l.*4, *D. eod.* pauperiem, hoc eſt damnum ſine injuria facientis *prin. eod. h. tit. l.* 1 §. 1, *D. eod.* contra naturam, commota feritate *l.* 1 §. 1, 2, *D. eod. d. prin. eod.* fecerit; ſeu corpore ſuo, ſeu per aliam rem quam tetigerit *d. l* 1 §. 3, *eod.* Noxalis actio ex ll. XII. Tabb. *prin. eod. hoc tit. l* 1 *prin. D. eod.* edicto prætoris confirmata prodita eſt, *d. l.* 1 § 1, *eo.* paſſo damnum eive cujus intereſt, *l.* 2, *D. eod.* contra dominum noxæ præſentem ejuſque ſucceſſores, *d. l.* 1 §. 6, *& fin. l. ſpt. eod. l.* 7, *de interrogation.* ut aut noxæ dedat corpus quod nocuit, aut litis offerat æſtimationem *d. l.* 1 *princ. &* §. 6, *eod. princ. h. tit.* aut, ſi corpus læſum liberum ſit; impenſarum curationis, & operarum amiſſarum æſtimationem reſtituat, *l.* 3, *D. eod. tt.* Sed ſi non contra naturam, verum naturali & genitali nocuerit feritate, datur ex hac lege actio noxalis utilis §. *ult. fin. eod. hoc tit.* vel ex Ædilitio edicto; adverſus dominum

ejus uſque dum deſinat iſte eſſe, *d.l.*1 *§.*4, *&* *d. prin. h.tit.* in Factum actio directa ducentorum ſolidorum, ſi homo liber ex ea re perierit. Sed ſi nocitum ei tantùm ſit, quanti bonum æquum judici videbitur: ceterarum rerum quanti damnum datum factúmve ſit, dupli *§.*2, *eod. l.*40, 41, 42, *de ædilit. edict.*

DE IIS, PER QUOS AGERE POSSUMUS.

Titul. X.

QUALITAS ACTIONUM ex agendi cauſſa adhuc fuit: ex forma duplex ſequitur, in perſonis agentibus, & modo ſatiſdandi. LEGIBUS XII. Tabb. alii pro alio agere in judicio adeò non licebat, ut ſi vocatus in jus ætate vel morbo venire non poſſet, jumento impoſitus ad prætorem in comitium deferretur: *Gell. lib.*20. *c.*1. præterquam quod pro populo, libertate, tutela inter-

venire

venire jus eſſet: & Furti eorum nomine qui apud hoſtes vel Reipubl. cauſſa abeſſent, quîve in eorum cujus tutela, *prin. eod. hoc tit.* Poſtea uſu contrario, liberum eſſe cœpit perſonam in judicio ſtandi habenti, litigaturo vel per ſe vel per procuratorem agere aut excipere, *prin. eod. tit. l.* 1, *de procurator*. Hinc PROCURATOR cui permiſſum alienam rem agere aut defendere §.1, *eod. hoc tit. d. l.* 1, *de procurat.* Permittitur autem à domino ejúſve mandato ab alio *d. l.* 1, *de procurat.* ſi ſpecialiter non prohibeatur, *l.* 43 §.1, *d. eod. tit. l.* 17 §. 14, *de injur.* nullis verbis certis & ſolennibus, *d.* §.1, *eod. hoc tit.* non tantùm coràm, ſed etiam per nuntium aut epiſtolam, *d. l.* 1, 5, 6, 7 *D. de procurator.* cautione tantum pro eo Judicatum ſolvi interponenda, *l.* 8 §. 3, *l.* 46 *prin. d. tit*, ſive præſente adverſario ſive abſente, ſive ſciente, ſive ignorante, *d.* §. 1, *eod.* ante vel poſt cœptam litem, *l.* 20. *C. eod. tit.* vel ſpeciali vel generali mandato,

l.12 prin. de Solution. l.1 prin. l.47, de pro-curator. l.17 fin. de jurejur. in omnibus cauſsis, præterquam famoſa, *l.39 §.7, de procur.* populari, *l.42, eod.d.tit. l.5, de popul.act.* ſtatus, *l.33 §.1, D.eod.* criminali publica, *l 13 §.1, de publ. judic. l,15, C.d. accuſation. Licet tamen illuſtribus perſonis quiq; ſupra eas actionem injuriarum per procuratorem & movere & ſuſcipere, §.10, S.de injuriis. l.ult.C.eo.d tit.* Hodie ex uſu pleriſque civilibus judiciis aliter quàm per procuratores non expediuntur lites: adeoq; conſtitutio eorum & mandatum neceſſitatis tunc ſunt non arbitrii litigatorum *Vult.lib.2.c.30.*

DE SATISDATIONIBUS.

Titul. XI.

SATISDATIO eſt, cùm adverſarium pro eo quod à nobis petiit ſecurum facimus datis fidejuſſoribus, *l. 1, qui ſatisd. cogant.* vel pignoribus, *l.59 Mandati. l.21 §.ult. de pecun.*

conſtit. l.1 §.7, de collation. l. ult. §. penult. quod legator. vel juratoria cautione; ſi iſtud impoſsibile, *l. 1 §.1, C. de adſert. toll.* vel nuda promiſsione; pro qualitate perſonarum, ſive adverſarius ita contentus *§. 2 fin. eod. l. 61, V. S.* Quæ alia fuit antiquis temporibus uſitata, alia moribus Juſtinianéis, alia eſt noſtro ſeculo. ANTIQUO JURE diſtinguebatur, utrum in rem ageretur an in perſonam: & utroque caſu; ſuo nomine ageretur an alieno: &; ab actore an reo. Suo nomine petens actor ſatiſdare non tenebatur ſive in rem ſive perſonali actione: alieno; Rem ratam cavebat dominum habiturum, *prin. & §. 1, eod. h. titul. l. 20, Rem rat. haber.* Reus actione in rem ſuo nomine vel alieno intercedens ſatisdabat Judicatum ſolvi *prin. eod. h. tit. l. 10, Judic. ſolv.* hoc eſt ſolvi quod eſſet judicatum, *d. prin. & l. penult. D. d. tit.* perſonali actione; alieno nomine Rati, ſuo nomine nihil cavebat *§.1, eod. l. 5 §. ultim.*

Quibus ex cauſ. in poſſeſ. eat. JUSTINIANEIS MORIBUS actor ſuo nomine tàm in rem quàm in perſonam actione pro litis ęſtimatione non ſatisdabat, ſed tantùm pro ſua perſona, quòd intra duos menſes litem eſſet conteſtaturus dupli damni periculo, *Novel. 96. c. 1. Nov. 53. c. 1. 2. Auth. libellum. C. de lit. conteſtat.* & uſque ad finem litis in judicio permanſurus, decima petitæ quantitatis parte reo ſi victus eſſet reſtituta *Novel. 112. c. 2. Authent. generaliter. C. de epiſc. & cleric.* Reus quoque ſuo nomine tantùm cavebat de ſua perſona, *§. 3, eod. h. tit. VVeſenb. paratit. D. qui ſatiſd. cogant. nu. 6.* ſed alieno nomine agens; Rati cautionem præſtabat, ſi non apud acta mandatum inſinuatum eſſet, vel ipſe à domino litis in judicio confirmatus *§. 4, eod. l. un. C. de Satisdat. l. 1, C. de procurator. l. 33 §. 3, l. 35 §. 1, D. de procur.* conventus alieno nomine vel à pręſenti domino litis Judicatum ſolvi ſatiſdatione ſive in judicio ſive extra.

tra ſolenniter confirmabatur, *§.5, eod. l.8 §.3, l. 46 princ. de procurator.* vel eo abſente ſatiſdabat ipſe Judicatum ſe præſtaturum *§.6, eod. l.14, Qui ſatiſdar. cogant. l.46 §.2, l.51 fin. l.52, 53 de procurat. l.5 §.3, Judic. ſolv. l. un. C. de ſatiſdand.*

NOVISSIME hoc quoque jus immutatum eſt. ut Procurator tàm actoris quàm rei cũ de mandato non conſtet, Rati cautionem interponat: cùm id apparet verò, à domino litis per Judicatum ſolvi confirmetur, *Vultej. lib.2. c.30.* Actor autem ſuo nomine amplius non ſatiſdat *Mynſing. ad §.1, eod. h. titul. nu.1.* niſi de expenſis in caſum ſuccumbentiæ, cùm pauper eſt, aut ſine bonis eo loci, *Vultej. dict. loc.*

DE PERPETUIS ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, & quæ ad heredem & in heredem tranſeunt.

Titul. XII.

TERTIA QUALITAS actionum ex temporis adjuncto profici-

ſcitur, quo alia primùm perpetua dicitur actio, alia temporalis. PERPETUA quæ ex Lege aliqua civili vel SC. vel reſcripto naſcitur *prin. eod. h. titul.* nulloque tempore definitur *l. 21 §.1, quod met. cauſ. §.3, ſ. de V. O. l.44 prin. de obligat. & action.* niſi certis terminis ipſo jure antiquitus circumſcripta *l.3, ver. hæ autem. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. ult. C. de dolo mal. l.5, C. de injur. t. tit. C. de quadrienn. præſcr. l.11 §.4, l.29 §.5, 6, 7, l.31, ad leg. Jul. de adulter. tot. titul. C. de long. tempor. præſcript.* Quod hodie in omnibus actionibus generaliter immutatum, ut ultra XXX. aut XL. annorum ſpacia nullæ extendantur *l. 3, 4, 6, C. de præſcript. XXX. vel XL. ann. Authent. malæ fidei. C. de præſcript. long. tempor. l.2, C. de conſtitut. pecun. l. 1 §. 1, C. de except. annal.* TEMPORALIS eſt, quæ ex propria prætoris juriſdictione dependet, annoque terminatur *d. princ. eod. l. 35 princ. de oblig. at. & action.* utili, *l.14 § 2, quod* [illegible] *cauſ. l.1, 2, 3, C de re* [illegible]

l.19, de minor. XXV. *ann. l.1,2,3, C. de diverſ. tempor.* Hodie quadriennio continuo *l. ult. C. de tempp. in integrum reſtitut.* niſi quę rei perſecutionem continet, *d.l.35, l.3 §.1, de vi & vi arm. l.20 §.4, de oper. nov. nuntiat. l.8 §.6, de precar.* quæ've bonorum poſſeſſori ceterisque qui loco heredis à prætore accommodatur *d. princ. h. tit. arg. l. 2, de poſſeß. hered petit. l.2, de fideic. hered. petit. & l.7, C. de petit. hered.* item furti manifeſti; *d. prin. fin. eod. Cujac. parat. D. de furt. l.41 §. 2, de furt.* Deinde, ut maximè regulariter actiones quæ cui vel adverſus quem competunt, heredi quoque & in heredem competant, *l.51 §.3, de evittion. arg. l.62, R. J.* Sunt tamen quædam quæ heredi non dentur, ſunt quæ non in heredem, *§.1, eod. h. titul.* niſi lite à defuncto utrinque jam conteſtata *d. §.1 fin. l.164 R. J. l.26, 58, de obligat. & action. l. unic. C. ex delict.* HEREDI NON DATUR, Injuriarum actio, *d. §.1, l.13 pr. l.15 §.10, de injur. l.10 §.1, Si quis cautio-*

nibus, l.1 §.1, de priv. delict. actio in eum Qui contra edictum prætoris quenquam in jus vocaverit, *l. 24, D. de in jus voc.* actio Popularis, *l. 7, de popular. act. l. 5, §. 5, de his qui effud. vel deiec.* actio de Calumnia, *l. 4, de calumniator.* actio de Ingratitudine donatarii *l. ult. C. de revocan. donat.* Heredibus dantur NON IN HEREDES actiones ex maleficiis pœnales *d. §. 1, h. tit. l. 1, de priv. delict. l. 33, de obligat. & action. l. 22, de oper. nov. nuntiat. l. 38. l.* 111 *§. 1, R. J. l. 16 §. ult. quod metus cauſ. l. 16 de judic. l. 21, de liber. cauſ.* deinde, ex contractu deſcendentes de dolo defuncti, ultra quàm ad heredes pervenerit *d. §. 1, l. 12 §. 1, Si quis omiſſa cauſ. l. 38, 45, R. J. l. 1. fin. de eo per quem factum. l. 9 fin. l. 10, de rebus auct. jud. poſſ. l. 2, quibus ad lib. proclam. l. 3 prin. de vi & vi armata. l. 30 fin. l. 31, de pecul. l. 7 §. 1, l. 9 depoſiti. l. 8 fin. de precar.* Hactenus actionum quæ retinent generis ſui nomen ſpecies & qualitates fuerunt.

DE

DE EXCEPTIONIBUS.

Titul. XIII.

ACTIONIS NOMEN amittunt ſervata agendi vi, exceptiones, replicationes & interdicta. EXCEPTIO eſt defenſio *l.52 prin.d. judic. l. 9,11,C.de exception. l.43, de R.J.* Rei, *l.1, D. h.titul. l.10,C.eod.* & quaſi excluſio quædam actionis *l.2 prin. & §.2, l.22, D. eod.* eaque vel legitima civilis; lege aliqua civili vel quod legis vicem obtinet jure introducta: Ut exceptio ex SC.Vellejano, *tot.tit.D.& C. ad SC. Vellejan.* Macedoniano *§.7, ſ. quod cum eo qui. tot. titul. D. & C. de SC. Macedon.* de Non numerata pecunia, *§.un.ſ.de litterar. oblig. tot. tit.C. de non numerat.pecun.* Rei judicatæ, *§.5,eod. l.6, & tot. tit. de exception.rei judic.* vel prætoria; cujus ſubſtantia eſt ex juriſdictione prætoris, *§.7, eod. h. titul.* Ut, Quod metus cauſſa exceptio, deque Dolo malo, *§.1, h.tit. tot.tit.D.*

de doli mali & met.except. in Factum, *d. §.1, l.14, 23 de except.pact. conv. §.3, eod.l. 19,41,ult. de pact.* Jurisjurandi *§.4,eod. l.11 prin. l.28 §.4 de jurejuran.* Ruſum alia perpetua & peremtoria eſt, alia temporalis & dilatoria exceptio, *§.8, eod. l.2 §.3, l.3,d.tit.de exception.* Perpetua & PEREMTORIA eſt, quę agentibus ſemper obſtat, nec evitari poteſt, & rem de qua agitur ſemper perimit *§.9 eod. l.2 §.ult. l.3,eod.* Ut doli mali, quod metus cauſſa, rei judicatæ, pacti conventi perpetui, ſi quid contra LL. vel SCa factum eſſe dicetur, *dd.ll.* Temporalis & DILATORIA eſt, quæ ad tempus tantùm nocet, & differt actionem, *§.10,eod. l.2 §. ult.l.3,eod.* Ut procuratorię exceptiones *d.l.2 §.ult. §.ult.h.titul.* pacti conventi temporalis *d.§.10,eod.dict.l.3,D. eod.* Tertio, quædam REI COHAERET exceptio: Ut rei judicatæ, doli mali, jurisjurandi, quod metus cauſſa &c. quædam PERSONAE. ut, Quantum facere poſsit reus, exceptio,

ptio, item Si bonis ceſſerit debitor *l.7,D.eod.§.ult.j.de replication.* Rei cohærens non ſolùm debitori accommodatur, ſed etiam fidejuſſoribus ejus: perſonæ, non tranſit ad alios *dd. ll. & l.4 §.24, de dolo malo. l.19 de except. l.11, C.d. eod.tit. l.15 prin. l.32,46,49 prin. de fidejuſſ.*

DE REPLICATIONIBUS.

Titul. XIV.

REPLICATIO propriè eſt allegatio actoris, per quam replicatur atq; reſolvitur jus exceptionis: & quaſi exceptionis quædam exceptio *prin.eod.h. titul. l.2 §.1, l 22 de exception. l. 7, C. d.eod.tit.* aliquãdo tamen hoc nomine generaliter etiam duplicatio continetur, duplicationis triplicatio, *Cujac.parat. D.de exception. Fac.rubr.h.eod.titul.& D.de except.* DUPLICATIO eſt, ex parte rei contra replicationem allegatio *§.1,eod.l.2. §. 2, de exception.* TRIPLICATIO eſt

contra duplicationem ex parte actoris allegatio §.2,*d.eod.h.titul.* Cæteræ deinceps exceptiones pro varietate negotiorum multiplicatis nominibus ulterius introducuntur, donec aut reus aut actor objicit §.3, *eo. l.2 §. 2,de exception.*.

DE INTERDICTIS.

Titul. XV.

INTERDICTA ſunt formæ atque conceptiones verborum, quibus prætor (in jure & extra judicium, *Vultej. lib.2.c.21. VVeſenb.parat.h.tit.nu. 7.*) aut jubebat aliquid fieri aut fieri prohibebat, cùm de proprietate *l.2 §.2. de interdict. §.4,h.tit. l.penult.C.eod.* vel poſſeſsione inter aliquos contendebatur *princ.eod. h.titul.* dicta ab Interdicendo ſeu prohibendo, vel quia Inter duos (tantùm litigantes) dicerentur *§.1fin. eod. Cujac. D.paratit. eod.* Horum nos originem breviter, diviſiones, & immutationem hodiernam

ernam indagabimus. ORIGINIS cauſſæ duæ ſunt: prima, Quòd petitoria actio nulla poteſt inſtitui, niſi prius exploratum ſit, Utrius litigantium poſſeſsio, utrius petitio eſſe debeat *§.4, h.tit. l.62, de judic. l.3, C. de interdict. l.24 de rei vindicat. l.13 C. eod. d. tit.* ſecunda, Commodum eſt poſſeſſionis: quod in eo verſatur, ut in re pari vel obſcura pro poſſeſſore judicetur *d.§.4, l.36 §.ult. de teſtamen. mil l. 128 R.J. l.2, C. de condict. ob turp. cauſ. l.91 §.2, V.O. l.1 §.1, de Superfic. l.24 de rei vindicat. l. 35, de adquir. vel amitten. poſſeſſ.* DIVISIONES interdictorum primariæ tres ſunt. PRIMA, quod alia prohibitoria ſunt, alia reſtitutoria, alia exhibitoria interdicta *§.1, eo. h. tit. l.1, D. eod. l.6 §.2, de confeſſ.* PROHIBITORIA ſunt, quibus prætor vetat aliquid fieri *§.1, eod.* ut, Vim fieri ſine vitio aliquid poſsidenti, per interdictum *à primis dictum conceptionis verbis* Uti poſsidetis, *t. tit. D. & C. Uti poſsidet.* &, Utrubi; *tot. tit. D. Utrubi.* mor-

tuúmve inferenti quo ei jus erat inferendi, *tot.tit.D.de mort.inferen.* item Fieri quid in loco ſacro *t.tit.Ne quid in loco ſacro* vel publico, *t. tit. de loc. & itiner.publ.& tit.Ne quid in loc.publ. vel itin.fiat. & tit.de via publ.* vel flumine publico ripáve ejus, quo pejus navigetur *t.tit.de fluminib.ne quid in flum. publ. ripáv.ej. & tit.ne quid in flum.publ. fiat, quo alit. aq. fluat.* Restitutoria ſunt, quibus reſtitui aliquid jubet: Veluti, bona pro herede vel bonorum poſſeſſore poſſeſſa bonorum poſſeſſori *§.1,eo.titul. t.tit.D. & C.quorum bonor. t.tit. Quod legator.* item, poſſeſsionem vi dejecto, *t.titul. D. de vi & vi arm.& tit.C. unde vi.* Exhibitoria ſunt per quæ jubet exhiberi: veluti eum cujus de libertate agitur cuicunq; poſtulanti *d. §.1,eo.h.tit. tot.titul. D. & Cod. de homin. lib. exhib.* item, libertum patrono, *l.2 §.1, de interdict.d.§.1, hoc tit.* parenti liberos, *t. tit.D.& C. de liber. exhib.* marito uxorem *l.2, de liber. exhib. l.ult. C eod. d.tit.*

Se-

SECUNDA interdictorum diviſio eſt, quod alia comparata ſunt adipiſcendæ poſſeſsionis cauſſa, alia retinendæ, alia recuperandæ, *§.2, eod. hoc tit. l.2 §.3, D. eod. tit. de interd.* ADIPISCENDAE *vel apiſcẽdæ (ut olim)* POSSESSIONIS cauſſa comparata ſunt interdicta, quę dantur nondum adepto ſed adipiſci nunc primùm volenti poſſeſsionem *§.3, eod. d. §.3, D. eo.* Ut eſt QUORUM BONORUM interdictum, quod ei competit cui ex edicto prętoris bonorum poſſeſsio data eſt, adverſus eum qui quid ex ea poſsidet, vel deſiit dolo poſſidere *l. 1, 2, Quor. bonor. l. 1, C. eod. d. tt.* itẽ QUOD LEGATORUM; quod heredi, heredisq; & bonorum poſſeſſoris heredi ceterisq; ſucceſſoribus datur, adverſus eum qui legatum ſine voluntate ejus occupaverit *l. 1 prin. & §. 1, 9, Quod legator. l. un. C. eod. d. tit.* Et interdictum SALVIANUM, quod directò; datur domino fundi locati de rebus coloni pro mercedibus fundi

conducti nominatim ei obligatis, *d. §.3 fin. h.t. t.t.D.& C.de Salvian. interdict*. utiliter; cuivis creditori de pignore ſuo. *arg.l.1,de Salv.interd. & ibi Cujac.paratit. D.& Vveſenb.eo.n.3. Vultej.lib.2. c.21.* Retinendae poſſeſſionis cauſſa comparata ſunt interdicta, quibus remanet ſuo loco poſſeſsio, quæ neq; clàm neq; vi neque precario ab adverſario poſsidetur *§. 4,hoc tit.l.1 prin.§.3, D.Uti poßidet.l.3 §. ult.eod. d.tt*. cujuſmodi ſunt interdicta duo: Uti possidetis, de immobiliũ poſſeſsione. Utrubi, de mobilis rei *l.1.prin.§.2,5, Uti poſſid.l.1, D.Utrubi. d.§.4, hoc tit.* ex quorum priore poſſeſsio ſpectabatur olim redditi interdicti tempore; poſteriore majoris anni iſtius partis: hodie poſt Juſtiniani emendationem ex uno & altero, tempore litis conteſtatæ *d.§.4.fin.eo.hoc.tit.* uſu judiciorum, antiquior *Vveſenb. paratit. D.Uti poßid.n.4.5.* Recuperandae vel (*ut in Florentin. ſæpius* Reciperan-

dæ)

dæ) poſſeſsionis amiſſę interdictum eſt UNDE VI, quod vi dejecto poſſeſsione datur adverſus eum qui dejecit, ad recuperandam poſſeſsionē, & omnem ejus priſtinam cauſſam *§.6, hoc tit. l.1.prin.§.1,19 & tot.tit. de vi & vi arm. l.4, & tot.tit. C.unde vi. l.4 §. 14,15, de uſurpation. & uſuc.* TERTIA diviſio interdictorum eſt quod alia ſimplicia ſunt alia duplicia, *§.pen.hoc tit. l.2.prin. & ult. D.de interdict.* SIMPLICIA in quibus alter actor alter reus eſt, ut ſunt ſimpliciter omnia, præter Uti poſsidetis & Utrubi interdicta. quæ ideò DUPLICIA dicuntur, quia par utriuſq; litigantium conditio in his eſt, neuter præcipuè reus, neuter actor *d.§.penult.d.l.2, eod. l.3 §.1, Uti poßidet. l.37, de oblig. & actio.* Hæc de diviſionibus diximus interdictorum. Hodie immutato judiciorum ordine, ſublatoq; interdicendi uſu, ACTIONES pro interdictis ad exemplum eorū UTILES IN FACTUM eodem effectu adverſus om-

nes exercentur *prin. & §. ult. hoc tit. Rubr. D. de interdict. l. 3 C. eo. tit. Vveſenb. paratit. D. de interd. n. 1. 2. 3 fin. n. 7 fin. Cuj eod. d. tit. Vultei lib. 2. Juriſpr. c. 21.*

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

Titul. XV.

GENERA ET SPECIES actionum earumq; ad ſingulas cauſſas electioné & applicationem expoſuimus. exequũtur actiones perſonæ litigantes & judex: illi ordinãdo, hic definiendo. PARTES LITIGANTIUM in ordinando ſunt, I. Ne temerè litigent, *prin. hoc tit. Nov. 112. c. 2. prin.* II. Néve quos non oportet in jus ſine venia vocent *l. 4, de in jus vocan. §. ult. hoc. tit.* TEMERE ad litigandum PROCEDIT Actor; qui calumniandi animo vel facilitate quadam litem movet aut deſerit *prin. & §. 1, eod. hoc tit. l. 4. C. de fructib. & lit. expenſ.* Reus; qui nõ bona inſtantia vel contentionis ſtudio ad cõtradicendum

dum venit *d. §.1, Nov. 49 c. ult. prin.* POENA temerarij vel improbi litigatoris olim alia erat, alia hodierno eſt jure. Olim calumniæ actione Actor qui per calumniam petierat in decimam partem litis mulctabatur *d. §.1 fin. l.3. C. Hermog de calumn. & plus petition.* Hodie tàm in rei quàm actoris perſona pœna triplex eſt; jurisjurandi, pecuniaria, infamiæ. *Jus*JURANDUM exigitur ſtatim in litis exordio PROPTER CALUMNIAM, non ſolùm à principalibus perſonis, ſed earum etiam advocatis *d. §.1, eod. hoc tit. tot. tit. C. de jurej. propt. calumn.* ab actore; Quod non calumniandi animo litem moverit, ſed exiſtimans ſe bonam cauſſam habere. reo; Quod putans ſe bonam cauſſam habere ad reluctandũ pervenerit, nullamq; ſit exacturus tota lite probationem: niſi quam putet pro veritate neceſſariò adhibendam. advocatis; Quod omni virtute & ope ſua clientibus ſuis quod verum & juſtum exiſti-

maverint inferre procurabunt, nec creditæ ſibi improbæ cauſſæ ſcientes patrocinabuntur *l,2.prin.* §.*3,5,6 & ult. C.de jurejur.propt, calumn. Auth. in iſto. & Auth.principales. eod.tit.d.*§.*1, eod.hoc tit.Nov.49 c.ult. Nov.124 c.1.l.12. C.de judic.* PECUNIARIA POENA duplex eſt : una in inficiantes probata quibuſdam cauſsis, altera in victos. Inficiando lis ſimplex creſcit in duplum, I.ex damni injuriæ cauſſa, per L.Aquiliam §.*23,26,* S̃.*de actionib.l.2.prin.l.23* §.*7 fin.ad l.Aquil.l.4,5, C.eod.d.tt.l.14,de rei vindic.* II. in legato locis venerabilibus relicto *d.*§.*1, eod.hoc tit.*§.*19,23,26,*S̃.*de actionib.8.ult.* S̃.*de oblig. quæ ex quaſi contr. naſcun.* III. in depoſito tumultus ruinæ incendii naufragii cauſſa *l.1* §.*1, l.18, de poſiti.* §.*17,23,26,* S̃.*de action.* Victus & damnum & impenſas litis adverſario victori inferre cogitur *d.*§.*1, fin. eod.tit. l.13* §.*3, C.de judic. l.ŋ Διάταξις. C. de fructib. & lit. exp. l.79 de judic. Nov.* 82.c.10. INFAMIAE pœna notantur

damnati

damnati de fide rupta: actione pro Socio.vel directis; Tutelæ, Mandati, Depoſiti §.2, *hoc.tit. l.1, 6 §.5, de his qui notant. inf. l.ult. C. ex quib. cauſ. inf. irrog.* item pacti vel damnati ſuo nomine Furti, Vi bon.raptorum, Injuriarum vel de Dolo *l.1.prin. l.4 §.ult. l. 6.prin.de his qui notan. infam. l.18, C.eod. d.tit.d.§.2, hoc tt.* SINE VENIA & permiſſu prætoris NON POSSUNT IN JUS VOCARI, quibus naturali ratione reverentia præſtanda eſt, *l.13 de in jus vocan. l.2.C.eod.tt.* Parentes & Patroni, item liberi & parentes patronorum & patronarum; *l,4,5,6,8,9,10, 23, D.d.tit.l.2,3,C.eod.* & hæredes eorũ tametſi extranei, *d,l.2, C.de in jus voc.* pœna L. aureorum, *§.ult. hoc tit. l.12, 24, & ult. D.de in jus vocan.* vel corporis, ſi inopia noſcatur nocens laborare *d.l.ult. eod.*

De Officio Judicis.

Titul. XVII.

Officium litigantium expoſuimus: exponamus & judicis. Officium Judicis in definiendo eſt; ne aliter judicet quàm Legibus aut conſtitutionibus aut moribus proditum eſt *prin. eod. hoc tit. l. ἀκριβείας, 11. l. Rem non nov. 14. prin. C. de judic. Nov. Jusjurandum quod. 8. Nov. 82. c. 13. l. 13 C. de ſentent. & interloc. Nov. 113. c. 1.* aliàs expreſsim ſententia contra juris rigorem data valere nō debet, licet non ſit appellatum *l. 19 de appellation. l. 1 §. 2, quæ ſentent. ſine appell. reſcind. l. 2, 5, C. quand. provoc. non eſt neceſ.* Proditum autem jus definitionis juxta triplicem actionū diſtinctionem triplex quoque eſt; primùm in Actione personali; Ut omni modo quātum poſsibile ei eſt, certæ pecuniæ vel rei ſententiā ferat, etſi de incerta quantitate fuerit apud eū

actum

actum §.32, ꝰ.*de actionib. l.21 §.3, de receptis.l.27,59,de re judic. tot.tit.C.de ſententent. quæ ſine cert. quant. prof.* In NOXALI etiam vel disjunctiva obligatione, alternativè reum condemnet *§.1, eod. l.6 §.1, de re judic. l.2,3, C. de noxal. action. Vultej. lib.2. c.20. l.44 §.2, de obl. & action. §.33. v. huic autem.* ꝰ.*de action*. In ACTIONE IN REM præparandæ vindicationis cauſſa,*l.1.3 §. 1,ad exhib: Cujac. paratit. D. eod. Vultej. lib.2.c.13 fin.* data vindicaturo Ad exhibendum actione; *l.3 §.1, 3,4,5,ad exhibend.* jubeat primùm exhiberi,*l.1,3, C. ad exhib*. non rem tantùm de qua agitur,ſed rei etiam cauſſam omnem & fructus *l.9.§.4,6, 7, l.10, 11 prin. D.d. tit. §.3, eod.hoc tit.* deinde,vel abſolvat poſſeſſorem vel reſtituere condemnet tàm rem quàm fructus, *§.2,eod.l. 13 prin.l.16 prin.de rei vindicat. l.20 §.3,l. 25 fin.l.26,de hered.petit.*& hos tàm perceptos quàm culpâ non perceptos & conſumtos , malæ quidem fidei poſſeſſorem: extantes tantùm,bonę

de doli mali & met.except. in Factum, *d. §.1, l.14, 23 de except.pact. conv. §.3, eod. l. 19, 41, ult. de pact.* Jurisjurandi *§.4, eod. l.11 prin. l.28 §.4 de jurejuran.* Rurſum alia perpetua & peremtoria eſt, alia temporalis & dilatoria exceptio, *§.8, eod. l.2 §.3, l.3, d.tit.de exception.* Perpetua & PEREMTORIA eſt, quę agentibus ſemper obſtat, nec evitari poteſt, & rem de qua agitur ſemper perimit *§.9. eod. l.2 §.ult. l.3, eod.* Ut doli mali, quod metus cauſſa, rei judicatæ, pacti conventi perpetui, ſi quid contra LL. vel SCa factum eſſe dicetur, *dd.ll.* Temporalis & DILATORIA eſt, quæ ad tempus tantùm nocet, & differt actionem, *§.10, eod. l.2 §. ult. l.3, eod.* Ut procuratorię exceptiones *d.l.2 §.ult. §.ult.h.titul.* pacti conventi temporalis *d.§.10, eod. dict. l.3, D. eod.* Tertio, quædam REI COHAERET exceptio: Ut rei judicatæ, doli mali, jurisjurandi, quod metus cauſſa &c. quædam PERSONAE. ut, Quantum facere poſsit reus, exceptio,

ptio, item Si bonis ceſſerit debitor *l.7,D.eod.§.ult. j.de replication.* Rei cohærens non ſolùm debitori accommodatur, ſed etiam fidejuſſoribus ejus: perſonæ, non tranſit ad alios *dd. ll. & l.4 §.24, de dolo malo. l.19 de except. l.11, C.d. eod.tit. l.15 prin. l.32,46,49 prin. de fidejuß.*

DE REPLICATIONIBUS.

Titul. XIV.

REPLICATIO propriè eſt allegatio actoris, per quam replicatur atq; reſolvitur jus exceptionis: & quaſi exceptionis quædam exceptio *prin.eod.h. titul. l.2 §.1, l 22 de exception. l. 7, C. d.eod.tit.* aliquãdo tamen hoc nomine generaliter etiam duplicatio continetur, duplicationis triplicatio, *Cujac.parat. D.de exception. Fac.rubr.h.eod.titul. & D.de except.* DUPLICATIO eſt, ex parte rei contra replicationem allegatio *§.1,eod.l.2. §. 2,de exception.* TRIPLICATIO eſt

contra duplicationem ex parte actoris allegatio §.2,d.eod.h.titul. Cæteræ deinceps exceptiones pro varietate negotiorum multiplicatis nominibus ulterius introducuntur, donec aut reus aut actor objicit §.3, eo. l.2 §. 2,*de exception.*

DE INTERDICTIS.

Titul. X V.

INTERDICTA ſunt formæ atque conceptiones verborum, quibus prætor (in jure & extra judicium, *Vultej. lib.2.c.21. VVeſenb.parat.h.tit.nu.* 7.) aut jubebat aliquid fieri aut fieri prohibebat, cùm de proprietate *l.2 §.2. de interdict. §.4,h.tit. l.penult.C.eod.* vel poſſeſsione inter aliquos contendebatur *princ.eod. h.titul.* dicta ab Interdicendo ſeu prohibendo, vel quia Inter duos (tantùm litigantes) dicerentur §.1*fin.eod. Cujac. D.paratit. eod.* Horum nos originem breviter, diviſiones, & immutationem hodiernam.

ernam indagabimus. ORIGINIS cauſſæ duæ ſunt: prima, Quòd petitoria actio nulla poteſt inſtitui, niſi prius exploratum ſit, Utrius litigantium poſſeſsio, utrius petitio eſſe debeat *§.4, h.tit. l.62, de judic. l.3, C. de interdict. l.24 de rei vindicat. l.13 C. eod. d. tit.* ſecunda, Commodum eſt poſſeſſionis: quod in eo verſatur, ut in re pari vel obſcura pro poſſeſſore judicetur *d.§.4, l.36 §.ult. de teſtamen.mil. l. 128 R.J. l.2, C. de condict. ob turp. cauſ. l.91 §.2, V.O. l.1 §.1, de Superfic. l.24 de rei vindicat. l.35, de adquir. vel amitten. poſſeſſ.* DIVISIONES interdictorum primariæ tres ſunt. PRIMA, quod alia prohibitoria ſunt, alia reſtitutoria, alia exhibitoria interdicta *§.1, eo. h. tit. l.1, D. eod. l.6 §.2, de confeſſ.* PROHIBITORIA ſunt, quibus prætor vetat aliquid fieri *§.1, eod.* ut, Vim fieri ſine vitio aliquid poſsidenti, per interdictum *à primis dictum conceptionis verbis* Uti poſsidetis, *t.tit. D. & C. Uti poſſidet.* &, Utrubi; *tot.tit.D. Utrubi.* mor-

tuúmve inferenti quo ei jus erat inferendi, *tot.tit.D.de mort.inferen.* item Fieri quid in loco ſacro *t.tit. Ne quid in loco ſacro* vel publico, *t. tit. de loc. & itiner.publ. & tit. Ne quid in loc.publ. vel itin.fiat. & tit.de via publ.* vel flumine publico ripáve ejus, quo pejus navigetur *t.tit.de fluminib.ne quid in flum. publ. ripáv.ej. & tit.ne quid in flum.publ. fiat, quo alit. aq. fluat.* RESTITUTORIA ſunt, quibus reſtitui aliquid jubet: Veluti, bona pro herede vel bonorum poſſeſſore poſſeſſa bonorum poſſeſſori *§.1, eo.titul. t.tit.D. & C. quorum bonor. t.tit. Quod legator.* item, poſſeſsionem vi dejecto, *t.titul. D. de vi & vi arm. & tit.C. unde vi.* EXHIBITORIA ſunt per quæ jubet exhiberi: veluti eum cujus de libertate agitur cuicunq; poſtulanti *d. §.1, eo.h.tit. tot.titul. D. & Cod. de homin. lib. exhib.* item, libertum patrono, *l.2 §.1, de interdict.d.§.1, hoc tit.* parenti liberos, *t. tit.D. & C. de liber. exhib.* marito uxorem *l.2, de liber. exhib. l.ult. C eod. d.tit.*

SE-

SECUNDA interdictorum diviſio eſt, quòd alia comparata ſunt adipiſcendæ poſſeſsionis cauſſa, alia retinendæ, alia recuperandæ, *§.2, eod. hoc tit. l.2 §.3, D. eod. tit. de interd.* ADIPISCENDAE *vel apiſcēdæ (ut olim)* POSSESSIONIS cauſſa comparata ſunt interdicta, quę dantur nondum adepto ſed adipiſci nunc primùm volenti poſſeſsionem *§.3, eod. d. § 3, D. eo.* Ut eſt QUORUM BONORUM interdictum, quod ei competit cui ex edicto prętoris bonorum poſſeſsio data eſt, adverſus eum qui quid ex ea poſsidet, vel deſiit dolo poſſidere *l. 1, 2, Quor. bonor. l. 1, C. eod. d. tt.* itē QUOD LEGATORUM; quod heredi, heredisq; & bonorum poſſeſſoris heredi ceterisq; ſucceſſoribus datur, adverſus eum qui legatum ſine voluntate ejus occupaverit *l. 1 prin. & §. 1, 9, Quod legator. l. un. C. eod. d. tit.* Et interdictum SALVIANUM, quod directò; datur domino fundi locati de rebus coloni pro mercedibus fundi

conducti nominatim ei obligatis, *d. §.3 fin. h.t. t.t.D.& C.de Salvian. interdict.* utiliter; cuivis creditori de pignore ſuo. *arg.l.1,de Salv.interd. & ibi Cujac.paratit. D.& Vveſenb.eo.n.3. Vultej.lib.2. c.21.* RETINENDAE poſſeſsionis cauſſa comparata ſunt interdicta, quibus remanet ſuo loco poſſeſsio, quæ neq; clàm neq; vi neque precario ab adverſario poſsidetur *§. 4,hoc tit.l.1 prin.§.3, D.Uti poßidet.l.3 §. ult.eod. d.tt.* cujuſmodi ſunt interdicta duo: UTI POSSIDETIS, de immobiliũ poſſeſsione. UTRUBI,de mobilis rei *l.1.prin.§.2,5, Uti poſſid.l.1, D.Utrubi. d.§.4, hoc tit.* ex quorum priore poſſeſsio ſpectabatur olim redditi interdicti tempore; poſteriore majoris anni iſtius partis: hodie poſt Juſtiniani emendationem ex uno & altero, tempore litis conteſtatæ *d.§.4.fin.eo.hoc.tit.* uſu judiciorum, antiquior *Vveſenb.paratit. D.Uti poßid.n.4.5.* RECUPERANDAE vel (*ut in Florentin. ſæpius* Reciperandæ)

dæ) poſſeſsionis amiſſę interdictum eſt UNDE VI, quod vi dejecto poſſeſsione datur adverſus eum qui dejecit, ad recuperandam poſſeſsionẽ, & omnem ejus priſtinam cauſſam *§. 6, hoc tit. l. 1. prin. §. 1, 19 & tot. tit. de vi & vi arm. l. 4, & tot. tit. C. unde vi. l. 4 §. 14, 15, de uſurpation. & uſuc.* TERTIA diviſio interdictorum eſt quod alia ſimplicia ſunt alia duplicia, *§. pen. hoc tit. l. 2. prin. & ult. D. de interdict.* SIMPLICIA in quibus alter actor alter reus eſt, ut ſunt ſimpliciter omnia, præter Uti poſsidetis & Utrubi interdicta. quæ ideò DUPLICIA dicuntur, quia par utriuſq; litigantium conditio in his eſt, neuter præcipuè reus, neuter actor *d. §. penult. d. l. 2, eod. l. 3 §. 1, Uti poßidet. l. 37, de oblig. & actio.* Hæc de diviſionibus diximus interdictorum. Hodie immutato judiciorum ordine, ſublatoq; interdicendi uſu, ACTIONES pro interdictis ad exemplum eorũ UTILES IN FACTUM eodem effectu adverſus om-

nes exercentur *prin.* & *§. ult. hoc tit. Rubr. D. de interdict. l. 3. C. eo. tit. Vveſenb. paratit. D. de interd. n. 1. 2. 3. fin. n. 7 fin. Cuj eod. d. tit. Vultei lib. 2. Juriſpr. c. 21.*

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

Titul. XV.

GENERA ET SPECIES actionum earumq; ad ſingulas cauſſas electioné & applicationem expoſuimus. exequūtur actiones perſonæ litigantes & judex: illi ordinádo, hic definiendo. PARTES LITIGANTIUM in ordinando ſunt, I. Ne temerè litigent, *prin. hoc tit. Nov. 112. c. 2. prin.* II. Néve quos non oportet in jus ſine venia vocent *l. 4, de in jus vocan. §. ult. hoc. tit.* TEMERE ad litigandum PROCEDIT Actor; qui calumniandi animo vel facilitate quadam litem movet aut deſerit *prin.* & *§. 1, eod. hoc tit. l. 4. C. de fructib.* & *lit. expenſ.* Reus; qui nō bona inſtantia vel contentionis ſtudio ad cōtradicendum

dum venit *d. §.1, Nov. 49 c. ult. prin.*
POENA temerarij vel improbi litigatoris olim alia erat, alia hodierno eſt jure. Olim calumniæ actione Actor qui per calumniam petierat in decimam partem litis mulctabatur *d. §.1 fin. l.3. C. Hermog de calumn. & plus petition.* Hodie tàm in rei quàm actoris perſona pœna triplex eſt; jurisjurandi, pecuniaria, infamiæ. *Jus*-JURANDUM exigitur ſtatim in litis exordio PROPTER CALUMNIAM, non ſolùm à principalibus perſonis, ſed earum etiam advocatis *d. §.1, eod. hoc tit. tot. tit. C. de jurej. propt. calumn.* ab actore; Quod non calumniandi animo litem moverit, ſed exiſtimans ſe bonam cauſſam habere. reo; Quod putans ſe bonam cauſſam habere ad reluctandũ pervenerit, nullamq́; ſit exacturus tota lite probationem: niſi quam putet pro veritate neceſſariò adhibendam. advocatis; Quod omni virtute & ope ſua clientibus ſuis quod verum & juſtum exiſti-

maverint inferre procurabunt, nec creditæ ſibi improbæ cauſſæ ſcientes patrocinabuntur *l,2.prin. §.3,5,6 & ult. C.de jurejur.propt, calumn. Auth. in iſto. & Auth.principales. eod.tit.d.§.1, eod.hoc tit.Nov.49 c.ult. Nov.124 c.1.l.12. C.de judic.* Pecuniaria poena duplex eſt: una in inficiantes probata quibuſdam cauſsis, altera in victos. Inficiando lis ſimplex creſcit in duplum, I. ex damni injuriæ cauſſa, per L. Aquiliam *§.23,26, s̃.de actionib.l.2.prin. l.23 §.7 fin. ad l. Aquil.l.4,5, C.eod.d.tt.l.14,de rei vindic.* II. in legato locis venerabilibus relicto *d.§.1, eod.hoc tit.§.19,23,26,s̃.de actionib.8.ult. s̃.de oblig. quæ ex quaſi contr. naſcun.* III. in depoſito tumultus ruinæ incendii naufragii cauſſa *l.1 §.1, l.18, de poſiti. §.17,23,26, s̃.de action.* Victus & damnum & impenſas litis adverſario victori inferre cogitur *d.§.1, fin. eod.tit. l.13 §.3, C.de judic. l.ŭ Διάταξις. C. de fructib. & lit. exp. l.79 de judic. Nov. 82.c.10.* Infamiae pœna notantur

damnati

damnati de fide rupta: actione pro Socio. vel directis; Tutelæ, Mandati, Depoſiti *§.2, hoc. tit. l.1, 6 §.5, de his qui notant. inf. l.ult. C. ex quib. cauſ. inf. irrog.* item pacti vel damnati ſuo nomine Furti, Vi bon. raptorum, Injuriarum vel de Dolo *l.1.prin. l.4 §.ult. l. 6.prin. de his qui notan. infam. l.18, C.eod. d.tit. d.§.2, hoc tt.* SINE VENIA & permiſſu prætoris NON POSSUNT IN JUS VOCARI, quibus naturali ratione reverentia præſtanda eſt, *l.13 de in jus vocan. l.2. C.eod. tt.* Parentes & Patroni, item liberi & parentes patronorum & patronarum; *l,4,5,6,8,9,10, 23, D.d.tit. l.2,3, C.eod.* & hæredes eorũ tametſi extranei, *d,l.2, C. de in jus voc.* pœna L. aureorum, *§.ult. hoc tit. l.12, 24, & ult. D. de in jus vocan.* vel corporis, ſi inopia noſcatur nocens laborare *d.l.ult. eod.*

DE OFFICIO JUDICIS.

Titul. XVII.

OFFICIUM litigantium expoſuimus: exponamus & judicis. OFFICIUM JUDICIS in definiendo eſt; ne aliter judicet quàm Legibus aut conſtitutionibus aut moribus proditum eſt *prin. eod. hoc tit. l.τῆς ἀκριβείας, 11. l. Rem non nov. 14. prin. C. de judic. Nov. Jusjurandum quod. 8. Nov. 82. c. 13. l. 13 C. de ſentent. & interloc. Nov. 113. c. 1.* aliàs expreſsim ſententia contra juris rigorem data valere nõ debet, licet non ſit appellatum *l. 19 de appellation. l. 1 §. 2, quæ ſentent. ſine appell. reſcind. l. 2, 5, C. quand. provoc. non eſt neces.* Proditum autem jus definitionis juxta triplicem actionũ diſtinctionem triplex quoque eſt; primùm in ACTIONE PERSONALI; Ut omni modo quátum poſsibile ei eſt, certæ pecuniæ vel rei ſententiã ferat, etſi de incerta quantitate fuerit apud eũ

actum

actum §.32, s̃.de actionib. l.21 §.3, de receptis.l.27,59,de re judic. tot.tit.C.de ſentent. quæ ſine cert. quant. prof. In NOXALI etiam vel disjunctiva obligatione, alternativè reum condemnet §.1, eod. l.6 §.1, de re judic. l.2,3, C. de noxal. action. Vultej. lib.2. c.20. l.44 §.2, de obl. & action. §.33. v. huic autem. s̃.de action. In ACTIONE IN REM præparandæ vindicationis cauſſa,l.1.3 §.11,ad exhib: Cujac. paratit. D.eod. Vultej. lib.2.c.13 fin. data vindicaturo Ad exhibendum actione; l.3 §.1, 3,4,5,ad exhibend. jubeat primùm exhiberi,l.1,3, C. ad exhib. non rem tantùm de qua agitur,ſed rei etiam cauſſam omnem & fructus l.9.§.4,6, 7, l.10, 11 prin. D.d. tit. §.3, eod.hoc tit. deinde,vel abſolvat poſſeſſorem vel reſtituere condemnet tàm rem quàm fructus, §.2,eod.l. 13 prin.l.16 prin.de rei vindicat. l.20 §.3,l. 25 fin.l.26,de hered.petit.& hos tàm perceptos quàm culpâ non perceptos & conſumtos , malæ quidem fidei poſſeſſorem: extantes tantùm,bonę

ſidei: niſi poſt litem conteſtatam *d.§.2,eod.l.1,2, C.de hered.petit. l.25 §.2,8, D. d.eod.tit.l.22 C.de rei vindicat.* Utroque verò caſu, ſi vel exhibendi vel reſtituẽdi cauſſa tempus ſine fruſtratione ulla petatur: indulgeat illud quidem judex, ſed nõ niſi cautione pro litis æſtimatione à reo jam ante exacta & pacta, *§.2,3,eod. l.12 §.2, ad exhibend.l.27 §.3,de rei vindic.* In MISTIS tàm in rem quàm perſonam JUDICIIS tribus; ſingulas quidem ſi poſſit familiæ vel communionis res,vel agrorum terminos, applicet ſingulis: ſi verò commodè id non poſsit, uni ex bono & æquo rem totam adjudicet, alteri eodem invicem certa pecunia condẽnato *§.4,5,6,eo. §.20,ſ. de action.l.2.§.1, l,3,4,fin.regund.l.22 §.1, 2, l.27,44 §.1, l.47,55,famil. erciſc. l.21, C. eod.d.tit.l.19 §.3,l.6 §.8.Comm.divid. l.1, l.pen.C.eod.d.tt.* Atq; hęc univerſa privati judicii diſciplina in triplici perſonarum, rerum, & actionum jure propagata hucuſque fuit: reſtat publico-

blicorum judiciorum doctrina.

DE PUBLICIS JUDICIIS.

Titul. XVIII.

PUBLICA JUDICIA ſunt, non omnia in quibus crimen vertitur, ſed tantùm quæ ex Legibus publicorum judiciorum deſcendunt, *l. 1, de publ. judic. l. 3 fin. de prævaricatione.* & vigorem publicæ diſciplinæ exequuntur, *l. 9 §. 5, de publican. & vectigal.* propoſita cuivis ex populo *§. 1, eod. l. 43 §. 4, de ritu nuptiar. l. 30 C. de adulter. niſi ſit ei Lege aliqua ſpecialiter interdictum, d. l. 43, l. 8 prin. de accuſation.* criminis *l. 3, Stellionat. l. 14 §. 5, de bon. libert.* publica accuſatione, *l. 3 de public. judic. l. 2, & tot. tit. D. & C. de accuſation. & inſcriptionib.* Suntq; vel capitalia vel non capitalia. Capitalia quibus caput eximitur civitate quod fit morte, exilio, pœnæ ſervitute, *§. 2, eo. h. tit. l. 2, D. eo. l. 2 pr. l. 11, de pœn. l. 103 V. S. l. 4. prin. Si quis caution. l. 13, de bon. poſſeſſ.*

l.10, de jure patron. Non capitalia, ex quibus pecuniaria vel in corpus aliqua coercitio, aut infamia pœna eſt, *d.§.2, d.l.2, de publ. judic. l.6 fin. l.7,8 prin. de pœn.* Capitalia judicia ſunt octo; I. ex l. Julia MAJESTATIS, contra eum qui majeſtatem publicam læſerit, *l.3, ad l. Jul. maieſt. l. ultim. C. de abolit.* molitus aliquid cōtra imperium vel Imperatorem; *§.3, h. tt. l.1 prin. l. ult. D. eod.* quo caſu PERDUELLIO & Perduellis propriè dicitur *d. l. ult. Cujac. paratit. D. eod. l.234 princ. V.S.* vel contra alium magiſtratum inferiorem, imperium poteſtatêmve habentem, *d.l.1, eod. l.5 prin. C. eod. tt.* ad gladii pœnam & bonorum omnium confiſcationem; *d.l.5, l.3 prin. D. eod.* memoriæ etiam defuncti poſt mortem in perduelle damnationem *§.3, eod. l. ult. D. eod. l.6,7,8 ultim. C. eod.* II. eſt ex l. Julia DE ADULTERIIS coercendis, tàm adverſus adulteros *l.9,30, C. ad l. Jul. de adulter. Novel. 134. c. 10. §. 4, eod. hoc tit.* mariumque ſectatores; ad gladii

dii pœnam, *d.§.4, l.31, C.eod.tt. Novel.* 141. quæ poſteriore caſu in exuſtionem vertit, *conſt. Carolin. criminal. art.* 116. *Schneid. de nupt. num.6. Vultej.*1.54. *num.* 99. quàm adverſus ſtupratores honeſtarum mulierum, honeſtos; ad partis bonorum dimidiæ publicationem, viles; ad corporis cum relegatione coercitionem *d.§.4, eod. hoc tit. Vveſenb. paratit. D. eod. ad l. Jul. de adult. nu.*20. III. ex l. Cornelia de SICARIIS ET VENEFICIS duplex deſcendit. primum adverſus homicidas, quíve homicidii cauſſa cum telo ambulaverint, *§.5, eod. hoc tit. l.*1 *prin. D. ad l. Corn. de ſicar. l.16 §.7, de pœn. l.7, C. ad l. Cornel. de ſicar.* cujúſve dolo malo contigerit, ut homo occideretur *d.l.7; d.l 1, D. ad l. Corn. de ſicar.* alterum; contra veneficos ſeu venenarios, *l.28 §.7, de pœnis.* qui necandi hominis cauſſa fecerint, dederint, habuerint, propinaverint venenum, *d. §.5, l.1 §.1, l.3 prin. §.1 D. eo. d. tt.* Utrumque ad capitis pœnam, *d.§.5, 7, hoc tit.*

d.l.28 de pœnis l.3 §.3, l.16 penul. de ſicar.
IV. L. Pompejâ de PARRICIDIIS constituitur adverſus eum, qui parentem, filium, fratrem, ſororem, adfinem aut cognatum aliquem: quîve uxorem & quæ virum interfecerit: cujúſve dolo malo id factũ, quîve conſcius criminis fuerit; ad pœnam l. Corneliæ quæ de ſicariis, *l.1,3, 6,7, ad l. Pompej. de parricid.* vel novam *§.6, eod. hoc tit.* veterem moris majorum *l.9 prin. ad l. Pompej.* in parentum liberorum, quive iſtorum loco parricidiis *d.l.9, §.6 fin. eod. hoc tit. l. un. C. de his qui parent.* Ut parricida virgis ſanguineis verberatus culeo inſuatur cum cane gallo gallinaceo vipera & ſimia, deinde in mare aut amnem proximum aut ad beſtias præjiciatur *d. l.9, d.§.6, d.l.un. Liv. Dec. 7. lib.8.* Sine ſcelere tamen filius patrem pater filium interficit, contra patriam veniẽtem. quin præmio adficiendus eſt, *l.36, de religioſ. & ſumtib. Schneid. de jure nat. gent. §.1, num.8.* Vide.

deſcendit ex l. Cornelia de FALSIS, ſeu teſtamentaria, *§.7, eod. hoc tit. l.6 §.ult. de extraord. crimin. l.2, de accuſation. l.un. C. quando civil. act.* vel De teſtamentis, *l.1, de publ. judic.* adverſus Falſarios, *l.1 §.1, ad l. Cornel. de falſ.* qui vel teſtamentum vel quod aliud inſtrumentum falſum *§.7, eod. l.2, 25, ult. ad l. Corn. de falſ. l.6 fin. de extraord. crim. l.8, 13, 20, C. de falſ.* aut falſum ſignum, *l.27 §.2, l.30, D. d. tit.* vel nomen, *l.13 prin. D. d. tit. l.un. C. de mutat. nomin.* vel teſtimonium, *l.1 prin. l.9 §.1, l.20, D. eo.* vel monetam, *l.8, 9 princ. eod.* vel partum falſum ſubjecerit, ſuppoſuerit protulerit ſciens dolo malo: cuiúſve dolo quid factum eorum, *l.19 §.1, l.30, D. eod.* ad pœnam olim in ſervo ultimi ſupplicij, in libero humiliores metalli: honeſtiore; deportationis cum omnium bonorum publicatione, *l.1 §.8, D. eod. l.38 §.8, de pœn. d. §.7 fin. l.22 C. eod.* hodie in partu ſubjecto capitis *l.1, C. de falſ. VVeſenb. paratit. D. eod. tit. num. 8.* falſa moneta

exuſtionis *l. 2 C. de falſ. monet. Vultej. lib.1. c.54. num.42 ſec.* VI. eſt ex l.Julia DE VI, duplex: PUBLICA, adverſus eum qui vim armatam fecerit *§.8, eod.h.tit. §.6, ſ.de interdict. l.1, 2,3,5 pr. 7,8,10 prin.D.ad l.Jul.de vi publ.* ad pœnam deportationis, *d.§. 8, d. l. 10 fin. eod. l.7, C.eod. tit.* vel capitis; ædibus alienis expilatis, effractis, expugnatis per vim, *l.penult.D.d.tit.* hominéve occiſo, *l.6, C.ad l.Jul.de vi.* vel raptu mulieris maximè DEO ſacræ perpetrato *l.5 §.ult.D.eod.l.un.prin.C. de raptu. Nov.143. l.5,53 C.de epiſc.& clerìc. Nov.123, c.43.* De vi PRIVATA; adverſus eum qui vim adhibuit ſine armis, dolo, perque injuriam, *l.1 §.1, l.2,3,4,5,8 ult.D.eod.tit. d.§.6, ſ.de interdict. l.1,4,5, C de vi.* ad confiſcationem tertiæ partis bonorum cum infamię notâ, *l.1 prin. l.ult.D.eod.tit. l.12 §.4, de accuſation. d.§.8, h.tit.* VII. Lege Julia PECULATUS definitur, contra eum qui ex pecunia ſacra, religioſa, publica interceperit aliquid, dolóve fecerit,

rit, quo magis interciperetur, *l. 1, 4 pr. & §. ult. l. 6 §. ult. ad l. Jul. peculat. l. 38 pr. de pœnis. §. 9, eod. h. tit.* deportationis pœnâ: præterquam in eos qui adminiſtrationis ſuæ tempore hoc commiſerint; capite plectendos *d. §. 9, l. 3, 6 §. 2, D. d. tit. eod. l. un. C. de crim. peculat.* VIII. & ultimum deſcendit ex l. Flavia vel Fabia, de PLAGIARIIS vel plagio, *l. 1, ad l. Flav. de plagiar.* adverſus eum qui liberum hominem invitum ſciens dolo malo emerit vendiderit, *d. l. 1, l. 11, 15 C. ad l. Flav. de plag. l. 2, C. ubi de criminibus:* dederit, acceperit, permutarit, *l. 4, D. d. tit. l. 6 §. 1, eod.* ſuppreſſerit, *l. 5, C. d. eod. tit.* ad pecuniariam olim pœnam: hodie pro modo delicti variam, plerunque metalli vel capitis *l. 1, l. ult. D. eod. l. 7, l. ult. C. d. eod. tit.* E publicis judiciis enumeravimus capitalia: Non capitalia ſunt quatuor: I. ex l. Julia de AMBITU, contra eos qui magiſtratum aut ſacerdotium contra leges petierint; ad pœnam centum aureorum

cum infamia, *l.un.D.ad l.Jul. de ambit.* vel deportationis; in eos qui repetunt officia rationibus nōdum redditis adminiſtrationis priorum *l.un. C.d.eod.tit.* II. ex l. Julia REPETUNDARUM eſt, in eos qui magiſtratus poteſtatisve vel officii tempore, quo magis minusve ex officio facerent, pecuniam aliúdve acceperint, *l. 1, 3, 4, 6, 7, l.ult. de l. Julia repetund. l. 3, 4, C. eod. titul.* ad quadrupli reſtitutionem, *l. 1, l. ult. C. eod. dict. titul.* vel pœnam extraordinariam, plerunque exilii: ſed in gravioribus capitis vel deportationis *l.7 §.2, D.eod.tit.* III. ex l. Julia de ANNONA, adverſum eos qui contra annonam fecerint, ſocietatémve coierint, quo cariorea fieret; ad pœnam XX. aureorum, *l. 2 princ. §.1, de l. Jul. de annon.* vel pro admiſsi modo extraordinariam: plerunque à negotiatione interdictionis, interdum & relegationis, vel operis publici *l.6, de extraordin. crim. l.37, de pœnis.* IV. ex l. Julia de RESIDUIS,

vel

vel Reſiduorum, *l. 9 fin. ad l. Jul. peculat. & de ſacrileg. & de reſid.* conſtituitur adverſus eum apud quem publica pecunia quam accepit ex qua cauſſa reſederit, *l. 2, 4 §. 2, l. 10, D. eod. d. tit.* ad tertiæ partis amplius quàm debet reſtitutionem, *d. l. 4 §. 2, eod.*

Ergo hæc nobis prima legitimæ Scientiæ elementa tàm latis judiciorum campo finibus hucuſque propagata ſic fuerunt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE